73 إستحار

74 n. 2 Bibliothèque à Mevre

103 n. Buikerdy.

à Mons. M.C. Defrémery
Professeur au Collège de France
à Paris.
hommage de l'auteur

CATALOGUS
CODICUM ORIENTALIUM
BIBLIOTHECAE ACADEMIAE REGIAE SCIENTIARUM

QUEM,

A CLAR. WEIJERSIO INCHOATUM, POST HUJUS MORTEM

ABSOLVIT ET EDIDIT

Dr. P. DE JONG.

LUGDUNI BATAVORUM,
E. J. BRILL,
Academiae Typographus.
1862.

CATALOGUS

CODICUM ORIENTALIUM

BIBLIOTHECAE ACADEMIAE REGIAE SCIENTIARUM.

CATALOGUS

CODICUM ORIENTALIUM

BIBLIOTHECAE ACADEMIAE REGIAE SCIENTIARUM

QUEM,

A CLAR. WEIJERSIO INCHOATUM, POST HUJUS MORTEM

ABSOLVIT ET EDIDIT

Dr. P. DE JONG.



LUGDUNI BATAVORUM,
E. J. BRILL,
Academiae Typographus.
1862.



Z
6621
L682
07

Manibus Virorum Clarissimorum

Weijersii et Juynbollii

HOC OPUS

DEDICAT

AUCTOR.

PRAEFATIO.

Collectio Codicum, quorum Catalogum Lectori offero, fere tota, paucissimis numeris exceptis, pars fuit bibliothecae viri Clarissimi Joannis Willmet. Hic, a. 1750 Amstelodami natus, studia peregit in urbe patriâ, praesertim vero ab a. 1767—1772 Hardervici, ubi E. Scheidio, et deinde Lugduni Batavorum, ubi J. J. Schultensio magistris utebatur. Theologiae se dicaverat et munus etiam Verbi Divini Ministri ab a. 1777 per sedecim annos continuos obiit in pagis Nederhemert et Loenen, sed, sive Theologiae studioso, sive Verbi Divini Ministro, studium litterarum Orientalium Willmeto semper curae cordique erat. Gratum ergo ei evenit, ut a. 1793, E. Scheidio Lugduni Batavorum in locum H. A. Schultensii suffecto, Hardervicum vocaretur ut magistro succederet. Non ita multos annos in hac urbe degit. Walraveno enim a. 1804 mortuo et munere Professoris ling. Orient. in Athenaeo Amstelodamensi ei delato, ad urbem rediit, ubi diem primum viderat, sed et postremum obiret. Nam munere dicto ad a. 1827 usque functus et rude do-

natus, ibi mortuus est die 22 mensis Octobris a. 1835 (*a*).

Per longam, quam Willmetus vixit, aetatem totus semper occupatus erat in Codicibus Orientalibus sibi comparandis. Simili desiderio ducebatur magister ejus Scheidius. Sed dum hic ad ipsum Orientem animum advertebat et thesaurum pretiosissimum e Constantinopoli et Halebo arcessebat, Willmetus ad solam patriam oculos habebat intentos. Librorum cupidus ubique hîc circumspexit, et, quaecunque venalia emit, aut ab amicis dono accepit, aut ipse conscripsit, omnia diligenter in unum congessit, ita ut tandem viro, sumptui nec operae parcenti, collectio exstiterit, quae numeros 257 complectebatur.

De singulis his Codicibus et modo, quo Willmetus eos adeptus sit, referre hîc meum non est. Omnia, quae hac de re innotuerunt, ad unumquemque numerum in Catalogo sedulo notavimus, haud leviter adjuvati annotationibus ipsius Willmeti, quas Catalogo Codicum suorum (num. CCLVIII) adjecit. Si vero de totâ collectione et modo, quo haec sensim exstiterit, paucis exponam, Lectori hoc non displicere confido, quia sic apparebit, quaenam sint praecipuae ejus partes, et simul quodammodo, quanti hae sint aestimandae.

Anno igitur 1773 Willmetus 41 Codices nactus est, qui primordia dici possunt ejus collectio-

---

(*a*) Cf. H. Bouman, *Gesch. van de voorm. Geldersche Hoogeschool*, II, bl. 509 en v.

nis, quippe quae adhuc paucissimis tantum numeris constabat. Hos 41 omnes a. 1773 in potestatem venisse Willmeti, ex anni notâ patet, a viro Clar. primo Codicum folio inscriptâ. De eorum vero origine nihil quidquam a Willmeto in num., modo dicto, CCLVIII annotatur, neque etiam a nobis in hoc Catalogo traditum est. Nihilominus diffiteri nolo, admodum probabile mihi videri eos omnes originem duxisse ex officinâ Stephani Schultzii et Alb. Fr. Woltersdorffii. Hi legati erant Instituti Judaici Callenbergii et inde ab a. 1752 per Orientem iter fecerunt, e quo tamen solus Schultzius, Woltersdorffio die 12 m. Aug. a. 1755 in urbe Ptolomais mortuo, a. 1756 salvus in patriam rediit; conf. diarium, a. 1771 et seqq. a Schultzio editum, c. t. *Der Leitungen des Höchsten nach seinem Rath auf den Reisen durch Europa, Asia und Africa.* Causa quod ab his duumviris, qui multos Codices, sive pecuniâ datâ, sive apographis factis, in Oriente sibi comparabant, nostrorum etiam originem repeto, haec est. Ex 41 libris Mss., quos eodem, ut vidimus, anno Willmetus acquisivit, 19 (*a*) deprehendi ab ipsis Schultzio et Woltersdorffio exaratos, *hujus* manus porro in duobus (*b*) aliis apparet: quid mirum si conjicio, ceteros vi-

(*a*) Sunt numeri XXXIX, XLI, XLII, XLIII, LXVII, CXLI, CXLVII, CXLVIII, CLIX, CLXXXVI, CXC, CXCII, CXCIII, CC, CCI, CCII, CCXXII, CCLV et CCLVI.

(*b*) Num. XXIII et XL.

ginti (*a*) etiam ex eodem fonte emanasse? Quomodo hi Codices in patriam nostram devenerint, non constat, sed fieri hoc potuisse, quisque intelliget, reputans, duumviros nostros, opportunitate datâ et conjunctim cum aliis rebus, saepius Codices ex Oriente ad Institutum Judaicum Callenbergii misisse et perferendi curam mercatoribus, Hollandis quoque, commendasse. Forte igitur mercator mandatum non exsecutus est, forte etiam (ne temere in calumniae crimen incurram) navis, procellâ acta et ad littora nostra appulsa, Codices huc attulit (*b*). Quidquid vero hujus rei sit, inter libros Mss., qui a. 1775 collectioni nostrae accesserunt, pauci reperiuntur memoratu digni (v. c. num. CLXXV et CCVI); plurimi Schultzio et Woltersdorffio adminicula fuerunt, quibus elementa linguarum Orientalium addiscerent.

Anno 1780 novum incrementum cepit collectio nostra ex auctione librorum viri Clarissimi J. J. Schultensii, mense Sept. hujus anni Lugduni Batavorum habitâ. Ex hujus bibliothecâ 26 Codices emit Willmetus. Neque hi praestantiâ eminent; rariores sunt numeri XXII, CXII, CLVII, CLXVI, CLXXIII, CLXXIX et CCIV.

(*a*) Numeri XXXVI, XLVII, C, CVIII, CXLIII, CXLV, CL, CLXI, CLXVII, CLXXV, CLXXXII, CLXXXV, CLXXXVII, CXCVIII, CXCIX, CCVI, CCVII, CCIX, CCXIV et CCXXI.

(*b*) Revera de tali naufragio in viciniâ insulae Texel loquitur Schultzius in Diario laud. (T. IV, S. 378 in n.), deplorans tot Codices Orientales pretiosos, ab ipso in Oriente conquisitos, ibi interiisse.

Anno 1800 Willmetus bibliothecam auxit 41 libris Mss., mense Sept. Medioburgi emtis. Pristinus eorum possessor J. J. de Bruin, Consul Medioburgensis, hos fere omnes sibi comparaverat e bibliothecâ viri Clar. Jacobi Willemsen, Prof. Mediob., anno 1781 Lugduni Batavorum venditâ. Hi Codices, inter quos 8 apographa G. J. Lettei (*a*) reperiuntur, non majoris pretii sunt quam Schultensiani, modo dicti. Digni tamen sunt, ad quos attendatur, numeri CX, CXIII, CLXXVI et CCVIII; conf. etiam n. LXV, CXXX, CXXXV, CXCIV, CCXXXII—CCXXXVI et CCLI.

Anno 1801 collectioni nostrae 7 tantum Codices accesserunt, mense Febr. Duisburgi emti e bibliothecâ viri Clar. J. P. Berg, Hist. Eccles. et Ling. Orient. Prof. Sunt 6 exilia apographa ipsius Bergii et unus Codex parvi momenti.

Anno 1804 contra insignem Codicum numerum, nempe 47, nactus est Willmetus e bibliothecâ viri Clar. D. A. Walraven, in Athenaeo Amstelodamensi ling. Orient. Professoris. Manuscripta, in librorum Walraveni Catalogo p. 55—57 memorata, omnia, exceptis tantum numeris 8 et 36 (*b*), emit 60 florenis Hollandis. Pretium sanequam non ma-

---

(*a*) G. J. Lette, a 1725 natus, studiis peractis, ab a. 1747 in pago Valkenburg et deinde ab a. 1750 in urbe Zierikzee munere Verbi Divini Ministri functus est. Obiit in hac urbe d. 21 m. Oct. a. 1760.

(*b*) E Catalogo tamen Codicum Willmeti, in n. CCLVIII obvio, efficeres, cum quondam hunc etiam numerum acquisivisse.

gnum, si attendimus ad Codices nonnullos praestantissimos et rarissimos, quibus potiebatur, vid. imprimis n. VII, XXVII, XLIV, CI et CII. Numeri CXXXIII et CXLII quoque notatu digni sunt. Ceterum inter hos Codices multa apographa reperiuntur, a Gyongyossio (*a*), Reiskeo (*b*), N. G. Schroedero (*c*) et manu mihi ignotâ exarata.

Annus denique 1806 ex auctione bibliothecae Ev. Scheidii, litt. Orient. in Acad. Lugd. Bat. Professoris, 33 (*d*) Codices attulit. Nota est insignis hujus viri Clar. collectio, quae numeros non ita multos, sed pretiosissimos complectebatur ideoque non sine causâ eruditos exteros, ex. g. de Sacyum, valde alliciebat (*e*). Paucissima tantum manuscripta ex hac collectione Bibliothecae Lugduno Batavae coemta sunt; eo magis laetamur non plura quem eheu! locum habuit, e patriâ evasisse, sed bene multa

(*a*) Erat Hungarus et discipulus A. Schultensii. Vid. de eo Reiskei *Lebensbesch.*, S. 104 et 120.

(*b*) Vir hicce notissimus A. Schultensii tempore per 8 annos (1738—1746) in patriâ nostrâ versatus est.

(*c*) N. G. Schroederus, a. 1721 natus, ab a. 1743 Marburgi et mox ab a. 1748 Groningae ling. Orient. Professor fuit. Obiit anno 1798.

(*d*) Ex his 32 descripti sunt in nostro Catalogo. Unus enim, n. 256 ex Willm. Cat., quippe Latinus, adhuc cum 4 aliis numeris in bibliothecâ Academiae Regiae Scientiarum exstat; vide infra p. XVI.

(*e*) Numeri v. c. 36 et 37 e Scheidii Cat. (v. de Sacy in Proleg. ad Haririi ed. 2[am] p. V et VI), 18 et 41 (v. de Sacy *Chr. Arab.*, II, p. 423 et III, p. 261, ed. 2[ae]) 50 et 22 (nunc Monachii asservati, v. *Z. d. D. M. G.* XIII, p. 229 et 232 sq.) omnes in Galliam abierunt.

Willmeti curâ hìc adhuc adesse. Quaedam ex his quanti pretii sint, judicare licet ex collatis numeris XXX, XXXII, LII, LXIX, LXXXVI, CVI, CLII et CLV. Apographa neque inter hos libros desiderantur: sunt 5 numero, manu ipsius Scheidii scripta.

Codicibus, e bibliothecis horum virorum doctorum acquisitis, diversis temporibus alii accesserunt, quos Willmetus aut peculiari quadam opportunitate emit, aut ab amicis dono accepit aut denique ipse scripsit (*a*). Sic per totam vitam ducebatur vir Clar. indefesso studio manuscripta sibi comparandi, ita ut collectionem, cujus adolescens 18 annorum initium fecerat, anno aetatis 85[to] e vitâ discedens, ad numeros 257 evectam relinqueret.

Antequam d. 22 m. Oct. a. 1835 diem supremum obierat, Willmetus significaverat ei in optatis esse, ut collectio Codicum suorum tota coemeretur bibliothecae Instituti Regii Neerlandici. Quod revera obtinuit. Codices, a. 1836 Regi nostro augustissimo Guilielmo I venales oblati, ab hoc ad unum omnes emti sunt et benevole Instituto dono dati. Anno igitur 1837 numeri illi 257 jam aderant in loco, a Willmeto exoptato, ubi mox aliis septem augebantur. Accedebant nempe 4 numeri, hoc ipso tempore a viro Clar.° N. G. van Kampen bibliothecae Instituti dono dati, n. 258 (sive CXXVI

(*a*) Libri 18 sequentes ejus manu exarati sunt: n. XXIV, L, LI, LXVIII, LXX, LXXII, LXXIII, LXXVI, XCII, XCVI, XCIX, CIV, CV, CVII, CLXIII, CCLVII, CCLVIII et CCLIX.

ex hoc Cat.), 259 (sive CLIII), 260 (sive XI) et 261 (sive CXXVII). Unus porro, n. 262 (sive CXXI), jamdudum in bibliothecâ Instituti exstiterat. Duo reliqui n. 263 (sive CCLVIII) et 264 (sive CCLIX) catalogi erant Codicum Willmeti, hujus manu scripti, qui nunc ipsis Codicibus adjungebantur.

Hoc itaque modo a°. 1837 comparata erat nostra collectio, quum vir Clar. H. E. Weijersius curam novi Catalogi ejus conscribendi suscipiebat. Catalogus enim, anno 1837 e manuscripto Willmeti (n. CCLIX) editus, brevissimus et valde imperfectus erat, et sponte desiderium excitabat alius Catalogi, in quo Codices modo ampliore et magis accurato describebantur. Weijersius hoc opus incepit, sed, invitâ magnâ ejus diligentiâ, in eo absolvendo non cito pergebat. Impediebatur loci distantiâ, gravissimis muneris negotiis, sed praesertim, ut ipse fatetur (*a*), multis et magnis difficultatibus, quas ipsa Codicum descriptio ei creabat. Accuratissime, ut solebat, rem suam agens, neque res, quae aliis minoris momenti videntur, negligens, sollicite singula pervestiganda esse existimavit. In fata uniuscujusque Codicis, quoad ejus fieri posset, inquirere, singulorum apographorum, quae magno numero in collectione nostrâ exstant, ét manum ét fontem indicare sibi proposuit. Opus sane laborio-

(*a*) Vid. quae hac de re monuit in dissertatione, mense Sept. anni 1841 membris tertiae classis Instituti praelectâ, c. t. *Over het katalogiseren van Oostersche Handschriften* cet. Edita est a. 1844 in opere *Het Instituut*, p. 60—84.

sum ei, qui nostram collectionem descripturus est, cujus Codices undique confluxerunt et cujus apographa saepissime omni indicio aut scriptoris aut fontis carent. Hinc igitur factum est, ut opus, tarde procedens, anno demum 1842 prelo subjiceretur. Longe tamen abfuit, ut jam totum prelo esset paratum. Weijersius, ut ex omnibus certissime patet, opportunitate datâ tantum elaborabat, quantum sufficeret ad plagulam identidem typis mandandam. Hinc opus prelo subjectum iterum lento gradu processit, ita ut per annos 1842 et 1843 paucissimae solummodo plagulae typis excuderentur. Die 1 mensis Aprilis anni 1844 post morbum diuturnum obiit Weijersius, novi Catalogi paginas 1—64 impressas, p. 64—68 prelo subjectas et apparatum qualemcunque ei relinquens, qui in posterum laborem operis continuandi susciperet.

Viro Clar. T. Roorda multis negotiis cum novo munere, quod eodem hoc tempore in Academiâ Delphensi auspicatus erat, conjunctis, obruto, hic labor eodem anno 1844 committebatur viro Clar. P. J. Veth. Licet nihil magis exoptans quam tale opus pium in memoriam magistri perficere, cunctanter tamen Clar. Veth mandatum suscepit, timens, ut aliquando id persequi posset. Apparatu enim, a Weijersio relicto, perlustrato, ei patuerat, mandatum illud postulare, non ut e chartis Weijersii editionem curaret, sed ut totum se daret ad collectionem universam penitus cognoscendam et suo Marte describendam. Tanto labori multum temporis requirebatur, quod cum impendere anni

proxime sequentes non siverunt. Tandem anno 1851, Institutum Regium Neerlandicum sublatum iri praesagiens, mandatum aegre deposuit.

Academia Regia Scientiarum, quae deinde Institutum Regium Neerlandicum excepit, nacta est collectionem nostram, sed mox satisfecit desiderio Clar. Juynbollii, carissimi praeceptoris nuper eheu! defuncti, petentis ut Codices Orientales in usum Academiae Lugduno-Batavae traderentur. Idem desiderium viri Clar. Weijers et Veth jam antea Instituto significaverant. Mense Februario igitur anni 1856 collectio 228 numerorum translata est in Bibliothecam nostram, hac conditione, ut Codices tamdiu in usus Academiae Leydensis traderentur, quamdiu Academia Regia ipsos non reposceret, utque a reliquis Bibliothecae Leydensis Codicibus, suis notis numerisve distincti haberentur (*a*). Numeris his 228, Codicibus nempe Semiticis, Persicis et Turcicis, postea omnes reliqui, aliis ab his diversis linguis scripti, accesserunt, exceptis tantummodo 5 numeris, ex Willm. Cat. n. 231 (*b*) et 254—257 (*c*), qui adhuc in Bibliothecâ Academiae Regiae Scientiarum exstant.

(*a*) Vid. Juynboll, *Oratio de Codicum Orient., qui in Acad. Lugd. Bat. servantur, bibliotheca*, p. 22 et in *Z. d. D. M. G.* X, S. 811.

(*b*) Opus Sinicum et Japonicum, de quo conf. Willmet, *Schets van den staat der Oostersche Litteratuur in Holland in de achttiende eeuw*, (*Verhandelingen van het Kon. Ned. Instituut*, 1820, II, p. 230—238), coll. *het Instituut*, 1843, p. 21.

(*c*) Sunt Manuscripti Latini.

Labor Catalogum continuandi ab hoc inde tempore mihi committebatur, quem, semel atque iterum ab hoc opere avocatus, nunc absolutum Lectori trado. In quo labore perficiendo quisque videt normam eamdem mihi observandam fuisse, quam Clar. Weijersius in paginis illis, jam dudum typis excusis et flavo colore distinctis, persecutus esset. Hoc ideo monere juvat, ne Sprengerus aliusve mihi vitio vertat, hunc Catalogum conscriptum esse »in lateinischer Sprache, und in alter schwerfälliger Form, wo jeder Artikel anfängt mit »Codex chartaceus forma majori" u. dgl." (*a*). Ceterum omni ope me contendisse, ut collectionem penitus cognoscerem et, quoad ejus fieri posset, Codices ex ingenio Weijersii describerem, ipse Catalogus, ut confido, demonstrabit. Numeros XXVIII et XXIX, inter libros argumenti grammatici collocandos, sed a Weijersio omissos, in fine hujus Capitis addidi; apparatum hujus viri Clar., numero 265 (sive CCLX) signatum, toti Collectioni adjunxi.

Restat ut Viris doctis, qui auxilio mihi fuerunt in describendis Codicibus, linguis mihi ignotis exaratis, publice hîc gratias agam pro benevolentiâ mihi praestitâ.

Lugduni Batavorum mense Martio. P. DE JONG.

(*a*) Vid. *Z. d. D. M. G.*, XIV, S. 294.

CONSPECTUS LIBRI.

LIBRI MANUSCRIPTI ORIENTALES.

I. Libri Hebraïce scripti aut ad linguam Hebraeam spectantes.

N. I.

(Ex Willmet*i* Catalogo n. 215 in p. 31. Ab hoc emtus est e bibl. Walraven*i*, cujus vide Catal. p. 57 n. 10.)

Volumen chartae pergamenae, in quo *Liber Estherae* scriptus est. Longum est unam palmam et sex pollices Neerlandos, latum vero duas ulnas et prope sex palmas. Sex constat membranae partibus inaequali latitudine, inter se consutis; undeviginti autem scripturae columnas offert, quarum itidem aliae aliis latiores sunt. Nec eundem qaoque versuum numerum hae continent: tres primae, quae majoribus litteris et fusius sunt scriptae, 18; sex sequentes, quae paullo minoribus et pressius, 21; aliae etiam plures ad 25 usque. Manus sat bona et perspicua est, at neque elegantissima nec ubique firma. Vocalibus destitutum est, et verba ita inter se continuata, ut colorum quidem distinctio nulla appareat, solae autem sectiones majores relictis spatiis a se invicem separatae sint. Aetas non indicata: tria et vel plura saecula habere potest, nec multo certe recentius esse, pallidior et ad flavum vergens atramenti color arguit. Cum tegumenti expers sit, exterior ejus pars paululum aquâ et pulvere inquinata est, interior vero bene conservata.

N. II.

(Ex Willm. Cat. n. 216 in p. 31. Incertum, a quo hic emerit.)

Volumen ejusdem materiae et eundem librum complectens. Longum est unam palmam et octo pollices Neerlandos, latum unam ulnam et octo palmas ac dimidiam. Membrana tenuior et laevior est quam superioris voluminis, ac tribus tantum constat partibus, quarum duae priores inter se latitudine aequales sunt, tertia solam ultimam scripturae columnam exhibet. Totum absolvitur quindecim columnis, quae, sibi invicem perfectum in modum adaequatae, singulae 22 versus continent. Litterarum figura minuscula et elegans est, scribaeque manus ut nitidissima ita satis sibi constans. Vocales absunt, neque cola aut capita numeris notata: in cujusque tamen coli fine, nisi simul versus absolutus erat, vacuum spatium relictum est. Aetas ejus incerta; at multo recentius esse quam superius volumen, tam litterarum forma quam atramenti color indicat. Exterior membranae pars, cui radius ebeninus alligatus est, nonnihil sordium contraxit; caetera vero pura et nitida mansit, utpote tecta pharetrâ ebeninâ, in quam tota circum ligneum fusum involvitur.

N. III.

(Ex Willm. Cat. n. 214 in p. 31. Ab hoc emtus est e bibl. *Bruinii* (n. 59), qui eum comparaverat e bibl. *Willemseni*, cujus vide Catal. p. 166 n. 1804*.)

Codex membraneus in 4° maj., foliorum 249, vetustissimus ipse, sed longe recentiori ligaturâ, itidem ex pergamenâ factâ, compactus. Ab initio ad finem unâ manu, firmâ et perspicuâ, scriptus est, litteris Hebraeis majoribus, quibus vocales accuratissime sunt additae: nec tantum puncta quoque illa, quae *dagesch forte* et *lene* dicuntur, suis ubique locis expressa sunt, verum etiam litteris בגדכפת, quotiescunque dagesch leni carent, lineola, quae

רפה appellatur, imposita est. Septem prima folia per vetustatem trita et scissa ac reliquis squalidiora sunt: alia etiam haud pauca maculis inquinata, et in aliis nonnullis scriptura per temporis longinquitatem ita obscurata et pallida facta, ut non sine labore jam legi possint. Major tamen Codicis pars pro tantâ aetate, quantam habere videtur (quâ de re infra dicam), optime conservata et lectu facillima est. Recentior manus Rabbinica (verum ipsa quoque valde vetusta), ut passim in paginarum margine nonnulla annotavit, ita in primo folio recto novum praemisit indicem, et reliqua etiam folia quae librarius ipse vacua reliquerat, implevit. Constat ex duabus partibus, quarum prior non nisi precum formulas, et ex eo quidem genere quod vulgo סליחות appellatur, posterior vero praeter has etiam קינות, sive *elegias*, continet. Preces vero illae maximâ quidem ex parte cum iis conveniunt, quae hodie apud Judaeos qui ritum *Germanicum* (מנהג אשכנז) sequuntur, usitatae sunt, sed ut permultae tamen inter illas exstant, nunc cum solo ritu *Polonico* (מנהג פולין) conjunctae, ita nonnullae etiam absunt, quae ex altero illo requiruntur; atque universarum quoque *ordo* is est, ut neque ad hunc, neque ad illum ritum, uti nunc separatim constituti sunt, accurate sit compositus: etiam hac tamen ex parte ad Germanicum proprius quam ad Polonicum ritum accedunt.

Priori parte, quae longe major est et folia 217 complectitur (quae antiqua manus Judaea litterarum notis insignivit), sequentia continentur: 1°. a fol. 1 verso ad 4 rectum, index precum, quae in hoc Codice exstant ad fol. usque 202 rect.; quem indicem recentior illa manus Rabbinica continuavit. 2°. a fol. 4 vers. ad 5 rect., precatio quae apud Judaeos, tempore quod inter Novi Anni diem (ראש השנה) et diem Expiationis (יום כפור) intercedit, post solitas שמנה עשרה, sive *octodecim gratiarum*

actiones, recitatur. 3°. a fol. 5 vers. ad 7 vers., precatio quae apud eosdem, singulis diebus Lunae et Jovis, post שמנה עשרה usitatur. 4°. in fol. 8 rect., rursus novus index, quem recentior illa manus Rabbinica in hac paginâ, quam librarius vacuam reliquerat, scripsit. 5°. a fol. 9 rect. ad extremum fere 23 vers., preces quas recitare incipiunt illo die Solis, inter quem et sequentem Novi Anni diem spatium intercedit quatuor minimùm dierum. 6°. ab extremo fol. 23 vers. ad extr. fere fol. 53 vers., pars precum quas instituunt inde a die qui sequitur ראש השנה, usque ad diem qui יום כפור proxime antecedit. 7°. ab extr. fol. 53 vers. ad initium fol. 87 rect., preces quas recitant ipso illo die qui ante יום כפור proximus est. 8°. fere ab init. fol. 87 rect. ad medium fol. 199 rect., reliquae preces quas instituunt intervallo temporis inter ראש השנה et יום כפור. 9°. a med. fol. 199 rect. ad init. fol. 200 rect., duae preces ex earum numero, quas recitant die 13° mensis אדר, qui dies jejunii est, in memoriam jejunii Estherae constitutus. 10°. ab init. fol. 200 rect. ad init. fol. 202 rect., tres preces ex illarum numero, quae fiunt die 17° mensis תמוז, die jejunii ob diruta a Romanis, Tito duce, Hierosolymorum moenia. 11°. ab init. fol. 202 rect. ad extr. fere 207 rect., preces quas recitant die 10° mensis טבת, die jejunii ob inceptam a Chaldaeis, duce Nebucadnezare, Hierosolymorum obsidionem.. 12°. fere ab extr. fol. 207 rect. ad fin. fol. 213 rect., reliquae preces diei 13ⁱ mensis אדר. 13°. a fol. 213 vers. ad med. fol. 217 vers., reliquae preces diei 17ⁱ mensis תמוז. Hic desinit prior Codicis pars, cui librarius grandiori charactere Hebraeo haec subscripsit: חזק ונתחזק שמחה בר יצחק לא יזק לא היום ולא לעולם עד שיעלה חמור בסולם: אמן אמן אמן סלה סלה:

In *posteriori* parte, quae folia 32 continet (itidem numerata, sed recentioribus manibus, et par-

tim litteris Rabbinicis, partim nostris numerorum signis), haec exstant: 1°. a fol. 218 vers. ad extr. fol. 222 rect., preces quae inseruntur solitis illis שמנה עשרה, matutino tempore diei 9[i] mensis אב, qui dies est gravissimi jejunii, quo celebratur memoria utriusque Templi combusti, prioris a Chaldaeis, posterioris a Romanis. 2°. ab extr. fol. 222 rect. ad med. fol. 238 rect., elegiae quas Praecentor in conventu sacro canit, eodem illo jejunii die. 3°. denique, a med. fol. 238 rect. usque ad fol. 249 vers., sive finem Codicis, elegiae illae, quas eodem die aliquot e coetu viri, se invicem excipientes, canunt. Huic parti Codicis nihil a librario subscriptum est.

Quod jam ad ejus aetatem et originem attinet, primum quidem ex eo, quod de ritibus Germanico et Polonico hîc multifariam inter se commixtis dixi, manifesto apparere videtur, non tantum ipsum opus compositum, sed hoc quoque exemplum descriptum esse, eo remoto tempore, quum duo hi ritus nondum a se invicem diligenter sejuncti essent, sed adhuc inter se cohaererent. Cui antiquitatis indicio alterum accedit, quod etiam ad compositoris nomen et aetatem definienda prope, ut opinor, nos adducit. Nimirum dubitari nequit, quin illud nomen, quod in subscriptione prioris partis se offerre dixi, שמחה בר יצחק, *scribae* sit, at in infimâ orâ primae Codicis paginae, quae, omnium squalidissima et obscurissima, indicem illum serius praefixum continet (vid. p. 3 vs. 11 seq.), haec insuper litteris Rabbinicis, vetustate prope deletis, scripta sunt: אילו הסליחות שליצחק בר שמחה. Cui annotationi si confidi potest, consequens est, ut auctor hujus libri nomen gesserit *Isaäci filii Simchae;* ac simul probabile fit, hujus ipsius filium fuisse *Simcham* illum *f. Isaäci*, qui, scriba hujus exempli, paternum ergo opus descripserit. Jam porro a verisimilitudine non abhorrere videtur, *Isaäcum* istum qui

hîc *Simchae filius* dicitur, eundem esse atque *Isaäcum ben Samuël ben Rabbi Simcha*, i. e. nepotem noti illius R. Simchae, qui discipulus fuit celebratissimi Doctoris Salomonis Jarchi (sive רש"י, mortui a. 1104 aut seq.), quique vulgo ab urbe Galliae *Vitré* cognominatus est ר"שמחה מעיר ויטרי, sive brevius ר" שמחה דויטרי (1). Ab hujus ergo nepote si hic liber compositus et a pronepote hoc exemplum descriptum est, sequeretur, ut illius origo in exitum saeculi a C. N. 12^{i}, et hujus in priorem partem saeculi 13^{i} incideret. Et tantum quidem abest, ut ipsius Codicis habitus huic quam proposui conjecturae obloquatur, ut potius quantum maxime possit eam confirmet. Tum enim verborum orthographia, tum universa scribendi ratio, tum membranae et atramenti color, hoc saltem evidentissime demonstrant, jam dudum ante typographiam apud Judaeos introductam, id est, ante annum circiter 1475, eum exstitisse (2).

N. IV.

(Ex Willm. Cat. n. 217 in p. 31. Ab hoc emtus est e bibl. E. Scheidii, in cujus Catal. non separatim

---

(1) Qui ut eruditionis laude excelluit, ita inprimis notum est opus ejus, quod appellatur מחזור ויטרי, quod, astronomici argumenti, precibus quoque, סליחות dictis, abundat. Conf. de ipso et hoc ejus opere Bartoloccii *Bibl. Rabb.* IV. p. 405 a. n. 1805, Buxtorf. *Bibl. Rabb.* p. 89, et Wolf. *Bibl. Hebr.* I. p. 1124 et III. p. 1131 n. 2151.

(2) Ad summam antiquitatem hujus Codicis probandam fortasse etiam valet proverbialis illa locutio, quâ librarius in subscriptione istâ usus est: עַד שֶׁיַּעֲלֶה חֲמוֹר בְּסוּלָם, *donec asinus per scalam adscendat*, id est, *in sempiternum*. Quae dictio (a Buxtorf*io* notata in *Lex. Chald. Talm. et Rabb.* in v. חמור) vetustissimi temporis ingenium prodit, nec a recentioribus, quantum scio, usitata est.

commemoratur, cum subjunctus esset *Anonymi Adversariis philologicis*, n. 6 in Q° *librorum omissorum*).

Liber in 4°, foliorum 128, quorum longe pleraque tamen nihil continent. Willmet*us*, qui eum consuendum chartaceoque involucro tegendum curavit, hunc in fronte ejus titulum scripsit: *E. Scheidii, V. Cl., Apparatus ad Rudimenta Hebraica.* Constat vero ex quinque partibus, quarum *prima* exhibet vocales Hebraeas et reliqua puncta grammatica, itemque accentus in libris poëticis usitatos (2 pagg.); *secunda* nomenclatorem, in 17 capita distributum, nominum substantivorum Hebraeorum, cum interpretatione Hollandâ et Latinâ (22 pagg., vacuis relictis 40); *tertia* locutiones familiares Hebraeas, cum interpretatione Hollandâ (4 pagg., vacuis relictis 100); *quarta* locos nonnullos Hebraei Codicis, ita descriptos, ut plerisque vocabulis interpretatio Hollanda inter versus subjecta sit (22 pagg.); et *quinta* Glossarium Hebraeo-Hollandum, secundum ordinem litterarum Hebr., cujus tamen vix *initium* in paucissimis litteris factum est, ita ut de 66 ejus paginis, 56 plane nudae sint. — Ipsius Scheidii manu scriptus est.

N. V.

(Ex Willm. Cat. n. 101 in p. 17. Ab hoc emtus est e bibl. E. Scheidii, in quâ prostabat (conjunctim cum n. 99 et 100 Catalogi Willm.) *inter libros omissos*, n. 8 in F°.)

Liber in fol., 22 paginarum, consutus et chartaceo involucro tectus. Willmet*us* ei in fronte hunc titulum praefixit: *E. Scheidii, V. Cl., Apparatus de Idiotismis Linguarum Orientalium.* Et ipse Scheidius, cujus autographus liber est, similiter in summâ pag. 1 inscripsit: *Idiotismi linguarum Orientalium.* Continet nonnullas observationes de syntaxi linguarum Semiticarum, ut ex hoc ejus initio liquet:

I. *De verbis.*

I. *Verbum singulare masculinum construitur cum nomine plur. masc., sed praecedente verbo;* caet. Exempla autem, ab auctore adducta, fere omnia ex Hebraeo Codice sumta sunt; pauca tantum Arabica addita, e reliquis dialectis nullum. — Ex 22 paginis illis non paucae plane vacuae relictae sunt, et in aliis perparum tantum scriptum est.

N. VI.

(Ex Willm. Cat. n. 68 in p. 13. Ab hoc emtus est e bibl. Walraven*i*, in quâ annexus erat ei libro, qui in Cat. Willm. est n. 175, in Cat. Walr. n. 3 in p. 57.)

Liber in fol. max., 40 paginarum, Willmet*i* curâ compactus ligaturâ chartaceâ, Orientalem in modum. In primâ pag. ipse auctor haec inscripsit: *Radices Hebraeae et variae Orientales Figurae, ex Arabicis Poetis et Zjauhari atque Camus excerptae, cura Pauli Gyongyossi. Ex usu Bibliothecae Academiae Lugduno Batavae et MSct. O. O.* Ut haec inscriptio indicat, Gyongyoss*ius* (Hungarus, Alberti Schultens*ii* discipulus) hîc aliquot verba Hebraea, nullâ litterarum ordinis ratione habitâ, ex Arabico sermone illustravit, et e Lexicis Arabicis Ǵauharī*i* et Fīrūzābādī*i* tales locos excerpsit, qui ipsi dictiones offerre maxime animadvertendas videbantur. Quo anno haec scripserit, *hîc* non prodidit, sed in libro cui haec olim annexa fuisse dixi, annum 1740 notavit. — Manus Gyongyoss*ii* rudis et incomposita est, ac manui Alb. Schultens*ii* valde similis. De 40 autem paginis illis sex postremae vacuae relictae sunt.

II. Libri Syriaci.

N. VII.

(Ex Willm. Cat. n. 219 in p. 32. Ab hoc emtus est e bibl. Walraven*i*, in cujus Catal. (p. 59 n. 43)

his verbis descriptus est: *Liber incerti argumenti, pessime scriptus et lacerus.*)

Codex in 16°, cujus paginae nunc superstites sunt 457. Scriptus est in chartâ gossypinâ, et squalidiori ligaturâ, e corio nigricante factâ, laxius continetur. Manus quâ exaratus est, non valde perspicua quidem aut elegans, sed tamen satis bona est; quod vero multae paginae nunc fere legi non possunt, id non librarii culpâ factum, sed atramenti quo utebatur naturae tribuendum est: quod cum acrius fuisse videatur, chartam ipsam in compluribus locis exedit et solvit. Cui infortunio accessit veteris alicujus possessoris negligentia, qui non tantum solutas illas chartae particulas passim excidere, sed integras etiam paginas et vel foliorum fasciculos interire sivit (1). Quod sane maximopere dolendum est, cum per argumentum suum hic Codex inter praestantissimos censendus sit. Quodnam opus contineat, ex ipso apparet initio, quod sic se habet:

ܟܬܒܐ ܫܠܡܐ ܕܩܠܝܡܝܣ ܡܦܩܣܢܘܬܐ ܐܚܐ ܘܡܪܐ ܘܦܘܫܩܐ ܦܝܣܩܐ.

(1) Cum mihi hic Codex in manus veniebat, paginae numeris non notatae erant, ac nonnullae earum, a ligaturâ solutae, alieno loco jacebant: has igitur suis locis restitui, et omnes quae supersunt jam ita deinceps notavi, acsi nulla excidisset. Simul tamen lacunarum etiam locos indicavi, quos quidem, accurate collato Scaligeri apographo, sequentes mihi esse apparuit: *duae* paginae exciderunt inter p. 27 et 28; *duae* inter 41 et 42; *duae* inter 253 et 254; *duae* inter 255 et 256; *quatuor* inter 269 et 270; *quatuor* inter 315 et 316; *octo* inter 353 et 354; *duae* inter 407 et 408; *sex* inter 423 et 424, itemque *sex* inter 437 et 438. Praeterea vero unus fasciculus octo foliorum, qui paginas 232—247 continet, nunc perperam post sequentem fasciculum, ex quo duodecim tantum paginae servatae sunt (248—259), transpositus est: quae transpositio cum locum jam habuerit, antequam Codex eâ quâ nunc indutus est, ligaturâ muniretur, manifesto arguit, jam pridem negligentius eum habitum fuisse.

[illegible] Quae verba ut declarant, hîc celebratum illud *Lexicon Syro-Arabicum* offerri, quod extremo saeculo 9° post C. N. a *Jesu:o bar-Ălī* compositum est, ita plane sunt eadem, a quibus hic liber in apographo Scaligeri, quod Bibliotheca Leidensis possidet (MS. 213), incipit (1). Studiose igitur cum hoc Codice illud apographum contuli, quod eatenus quidem ei simile est, quod in utroque *prior* tantum Lexici pars, ab ejus initio ad finem fere litterae Nūn (2) offertur, sed longe abest ut omni ex parte cum eo conveniat. Primum enim auctoris praefatio illa, quae in apogr. Scal. statim post verba modo descripta sequitur, et quam ediderunt Gesenius p. 14—18 et Hottinger p. 296—303, hîc tota desideratur, ita ut post librarii ista [illegible] —— [illegible], continuo ipsum Lexicon hunc in modum incipiat: [illegible]

(1) Tantum pro [illegible] ibi [illegible], pro [illegible], [illegible], et pro [illegible] et [illegible] male [illegible] et [illegible], scriptum est; Arabica vero horum verborum interpretatio, quae in apogr. Scal. Syriaco textui a latere adjuncta est, hîc prorsus desideratur. Eadem haec verba, quae apparet *librarii* praefationem esse, etiam edita sunt (cum aliquâ diversitate) a Gesenio in *Commentationis de Bar Alio et Bar Bahlulo, Lexicographis Syro-Arabicis ineditis*, parte priori, p. 13, itemque ab Hottingero in *Bibliothecâ Orient.*, p. 295.

(2) Ultimus articulus, qui in apogr. Scal. exstat, est [illegible] يستعد ويتهيا; et sic etiam hic Codex desinit in [illegible]. Fere igitur absoluta est littera Nūn, at restant tamen ex illâ adhuc pauca verba, a quibus posterior tomus inceperit.

ܟܠܗܘܢ ܕܡܢܝܢܐܝܬ ܐܠܐ ܕܬܘܟܠܢܝܬ ܘܐܦ ܐܐܪ ܗܘ ܕܝܢ
ܗܘ: ܠܗܘܐ ܠܓܘ ܠܫܡܝܐ (الهواء الجوّ الفضاء i. e.):
ܘܡܢܗ: ܕܝܢ ܡܘܬܪܐ ܡܢ. Deinde, ipsum etiam opus in apogr. Scal. multo quam in hoc Codice locupletius est, tum quod ad numerum articulorum, tum passim quod ad explicationis ubertatem attinet: versus finem quidem utriusque textus prorsus aequalis est et fere ad litteram sibi invicem respondet, at in initio et praesertim in medio opere tot articuli in hoc Codice desunt, ut, si reverâ (quod Gesenius statuit, p. 25) apographum Scal. *purum Bar-Alīi textum, sine aliorum additamentis, exhibet*, in hujus certe majori parte tantum *excerptum* ex ipso opere factum exstare videatur. Ac denique, etiam hoc inter utrumque exemplum intercedit discrimen, quod Arabica verba, quibus Syriaca explicata sunt, hìc non, ut in apogr. Scal., *Arabicis* litteris, sed, juxta cum caeteris, *Syriacis* expressa sunt. Quam rem in aliis quoque hujus Lexici Codicibus factam esse, ex Gesenii libello, p. 24 vs. 3 et p. 25 vs. 10, apparet: cujus de universâ operis ratione ac de diversis illius quae hodie exstant exemplis disputatio (in p. 22 seqq.) mihi liberum facit ea hìc ut nota praetermittere. — Quamvis igitur hìc Codex, tum per breviorem quem offert textum, tum praesertim per hodiernum ejus habitum et paginarum quam passus est jacturam, per se quidem idoneum usum vix praebeat, collationem tamen ejus cum aliis Codicibus quantivis momenti esse, accurate pervolventi mihi apparuit: haud pauca enim menda, quibus apographum Scal. laborat, ex hoc corrigi, nonnulla quoque, ibi male omissa, hinc suppleri posse, et in universum a perito librario sat caste eum scriptum esse, comperi. Sine dubio est vetustissimus, quod et chartae et scripturae color indicat: anni tamen nota non addita est. Litterarum forma ea est quae *simplex* appellatur: majori charactere *estrangelo*

tantum eae scriptae sunt litterae, quibus novarum sectionum initium indicatur (ܐܐ, ܐܒ, ܐܓ, caet.). Verba Syriaca quae explicantur, paullo grandiori ductu quam reliqua exarata ac vocalibus instructa sunt: caeteris vocales rarius adjectae. In ultimâ vero paginâ, *aliâ*, ut credo, quam librarii manu, haec eadem, quae in fine apographi Scal. exstant et a Gesenio (p. 25 seq.) commemorantur, *Arabicis* litteris subscripta sunt: بسم الله اشترا هذا الكتاب المبارك الذى هو كتاب الاخسيقون الاب الطاهر الكاهن الموتمن القس المكرم يعقوب الجايس بالقيامة المعظمة ليقرا فيه وينتفع وذلك من تعبه وكان فى سنة الف وثمانماية وخمسة وستين تاريخ اسكندر.[a] Quae quomodo hîc pariter atque in Codice illo Boreel*ii*, ex quo Scaliger suum apographum duxisse legitur (vid. Cat. Bibl. L. B. p. 464 n. 1360), et quem ex supra dictis multum ab hoc diversum fuisse apparet, locum obtinuerint, conjecturâ definire non audeo; evidens vero est, haec ipsa Willmeto ansam dedisse, in suo Catalogo hunc librum sic describendi: *Lexicon Syriacum, ordine alphabetico conscriptum, ut videtur, a patre ac presbytero Jacobo.*

N. VIII.

(Ex Willm. Cat. n. 221 in p. 32. Ab hoc emtus esse legitur a. 1821 e bibl. Hidde*i* Heremiet.)

Liber in 4°, 81 foliorum, consutus et chartaceo involucro tectus. Scriptus est manu Johannis Henrici Schaaf, qui tunc temporis doctor privatus erat Litterarum Orient. in urbe Leidae, filius autem Caroli Schaaf, earundem Litterarum in Acad. Leidensi Professoris Extraord. ab a. 1720—1729. Spectat ad commercium epistolicum, quod ab utroque

---

a) In apogr. Scal. est اسكندرية.

hoc Schaaf*io*, per longam annorum seriem, cum ipsis Episcopis Ecclesiae Christianae Syriacae S[ri] Thomae in Malabariâ, et cum aliis hominibus in horum utilitatem, institutum fuit: cujus hoc duplex erat propositum, tum ut omnia quae ad illam Ecclesiam pertinerent, melius edocerentur, tum ut miseros illos a durissimis vexationibus, quas a Lusitanis se pati quererentur, intercedente Gubernatore Generali Batavorum in Indiâ, liberare tentarent. Commercium illud epistolicum, ut ad annum 1720 a Carolo patre gestum est, tribus fasciculis inter Codices MSS. Bibliothecae publicae Amstelodamensis servatur; ut vero, decem interpositis annis, post hujus mortem (quae die 4° Novembris a. 1729 accidit) a filio Johanne Henrico instauratum et per sex annos continuatum est, in *hoc* offertur volumine. Ex duabus id partibus compositum est: in quarum *priori*, 44 paginarum, duae offenduntur epistolae ad Episcopum supra dictae Ecclesiae, nomine Maha-Thomam, Chaddenad*i* in Malabariâ sedem habentem, quibus ipse J. H. Schaaf*ius* hunc titulum praefixit: *Epistolae Syriacae, anno 1730 die mensis Januarii confectae, missae vero die 2° Aprilis 1730 per Consulem* [Delphensem, unum e XVII Viris Societati Indiae Orientalis moderandae] *Bogaard van Beloys.* Utraque ita hîc in medio est posita, uti prius quam Syriace vertebatur, ab auctore *Hollande* concepta fuit; simul vero etiam e regione textûs Hollandi in alternis paginis interpretatio Syriaca adscripta est, quae quidem passim mutata et erasis quae minus placebant, emendata est. Mirum vero omnibus, qui unquam has epistolas inspecturi sunt, videbitur, quod dies, qui in utriusque subscriptione notatus est, a temporis definitione, in titulo illo praemissâ, discrepat: quae enim priori loco hîc posita est, paginas 2—19 complectens, hanc habet clausulam (pro Hollandis aut Syriacis Latina substitui): *Ego, Johannes Henricus Schaaf, filius Caroli Schaaf, hanc epistolam*

scripsi die 2° mensis Novembris, anno D. N. Jesu Christi 1729; et posterior, quae a p. 20 ad 43 procedit, et in quâ non, ut in priori, filius J. H., sed *pater Carolus* se auctorem profitetur, qui eam filio suo dictasset, in hunc modum desinit: *Exarata est haec epistola manu Joh. H. S., filii Caroli S., in urbe Leidae, urbe Hollandiae, 1° die mensis Novembris, anno D. N. J. C. 1729.* Hanc igitur discrepantiam, post consideratum ipsarum epistolarum argumentum, sic explicandam esse suspicor: utramque reverâ *post Caroli mortem*, mense Januario a. 1730, a filio scriptam esse, et quidem responso ad litteras Syriacas, ab Episcopo Maha-Thomâ ex Indiâ missas, quae, per multos annos frustra exspectatae, brevi ante in Hollandiam advectae ipsique traditae fuissent: quibus acceptis, continuo hunc constituisse, commercium illud, prius a patre, ipso quoque adjuvante, gestum, nunc vero aliquantisper intermissum, denuo instaurare; sed visum ei fuisse, quia Episcopus iste e litteris antea missis, solum *patrem* cognovisset et nunc etiam *huic* respondisset, non prius ex *suâ* personâ sibi scribendum esse, quam a patre tanquam fidus et peritus negotiorum gestor illi commendatus esset: hac igitur de causâ binas eum litteras (diversas quidem inter se, sed consimilis argumenti) composuisse, alteras ex patris personâ, alteras ex suâ scriptas, in quarum prioribus diem notaret 1um Novembris (utpote qui mortem illius adhuc triduo antecessisset), in posterioribus vero diem proxime sequentem (1).

---

(1) Ut Lectori appareat, explicationem quam proposui, argumento earum epistolarum reverâ fulciri, haec verba describam, quae in illâ quae a *patre* profecta fingitur, versus finem (p. 38 seq.) occurrunt: *ne crede cuiquam negotia tua, ne vel ulli quisquis sit, nisi afferantur epistolae meâ manu scriptae et meo nomine notatae et meo sigillo obsignatae. Sed quando epistolas ad te scribit filius meus dilectus, Johannes Henricus Schaaf, qui omnibus mei muneris negotiis fungi-*

In *alterâ* parte hujus voluminis *novem* exstant epistolae aut epistolarum fragmenta. 1°. Versio Syriaca partis epistolae, quam ad Joh. H. S. responso miserat, mense Novembri a. 1730, Gubernator Generalis Batavorum in Indiâ, Didericus van Durven: quam partem ideo ille ex Hollando in Syriacum sermonem hîc convertisse videtur, ut eam adjungeret litteris, a se ad Episcopum Maha-Thomam mittendis, pro certo documento benevoli illius Praefecti erga Christianos Malabaricos animi; 4 pagg. 2°. Epistola Hollanda Johannis H. S. ad eundem Gubernatorem Generalem, scripta Leidae d. 28 Octobris a. 1731; 3 pagg. 3°. Excerptum, Hollande versum, ex epistolâ Syriacâ Episcopi Maha-Thomae, scriptâ ad Carolum S. die 20 Januar. a. 1715: quod annectendum erat superioribus litteris; 3 pagg. 4°. Epistola Hollanda Johannis H. S. ad Gubernatorem Generalem Didericum van Kloon (successorem Durveni), scripta Leidae d. 12 Martii a. 1732; 5 pagg. 5°. Longa epistola ejusdem ad Episcopum Maha-Thomam, scripta Leidae d. 15 Sept. (ipsius, uti addidit, die natali) a. 1731: quae epistola hîc rursus ita, ut supra p. 13 vs. 26 seqq. dixi, Hollande simul et Syriace est tradita; 62 pagg. 6°. Epistola ejusdem ad eundem, scripta d. 12 Martii a. 1732, itidem Holl. et Syr.; 4 pagg. 7°. Epistola ejusdem ad eundem, scripta d. 15 Sept. a. 1733 (die ipsius natali 32°), itidem Holl. et Syr.; 10 pagg. 8°. Epistola Hollanda ejusdem ad Gubernatorem Generalem Didericum van Kloon, scripta Leidae d. 30 Sept. a. 1733; 11 pagg. 9°. Epistola Hollanda ejusdem ad viduam hujus Praefecti, quâ eam de mariti morte consolatur, et simul de epistolis, tam a se in Malabariam datis quam ad se fortasse responso

---

tur, huic filio meo secure confidere potes, ac pro certo habere, eum omnes res tuas eodem illo amore integro curaturum, quo ego ipse eas curem, caet.

inde missis, sciscitatur; scripta Leidae d. 30 Octobr. a. 1735; 4 pagg.

Denique separatim huic volumini adjecta est versio Latina, a Carolo S. facta et ipsius manu exarata, epistolae Syriacae, ab Episcopo Maha-Thomâ ad Patriarcham Syriae Antiochenum, nomine Ignatium, scriptae Chaddenadi anno 1709; 2 pagg. in fol. Et porro cum hac conjuncta est ejusdem epistolae versio Hollanda, manu multo recentiori scripta; itidem 2 pagg. in fol.

N. IX.

(Ex Willm. Cat. n. 220 in p. 32. Ab hoc emtus est e bibl. E. Scheidii, cujus vide Catal. p. 99 n. 72—75.)

Fasciculus foliorum convolutorum, in tegumento chartaceo colligatus. Insunt ei 1°. Apographa nitidissima, scripta manu Johannis Henrici Schaaf, *trium* epistolarum Syriacarum, ab ipso ad Episcopum Maha-Thomam datarum; ex quibus prima plane eadem est, quam in superiori pag. n. 6, et secunda eadem, quam n. 7 commemoravi; tertia vero secundum subscriptionem exarata fuit d. 14 Octobr. a. 1735, et in volumine illo non exstat. In his apographis nudus textus Syriacus se offert. 2°. Ejusdem Schaaf*ii* carmen Syriacum 24 stropharum, quarum singulae 4 versibus constant; factum die 6 Octob. a. 1727 in laudem Caroli Crucii, quum J. U. Doctor designaretur, scriptumque elegantissime in membranâ, ipsius auctoris manu. Juxta illud servatur alterum ejusdem carminis exemplum, cui prius a se scripto multasque correctiones et rasuras passo, ipse Schaa*fius* versionem Latinam adjecit. 3°. Ejusdem hymnus Syriacus Jacobiticus (ut ipse appellavit), 148 stichorum, compositus die 30 Julii a. 1729, in honorem Johannis Oosterdijk Schagt, quum ad ordinariam Medicinae professionem in Acad. Traject. vocatus esset; itidem autographus. 4°. Ejusdem hymnus Syriacus Ephremiticus 8 stropharum tetrastícharum, quo fratri suo natu minori, Antonio

Wilhelmo, gratulatur, Medicinae Doctori creato (1). Ipse suâ manu Syriaco textui Latinam versionem adjecit, sordidius scriptam. — Juxta hoc folium aliud servatur ejusdem formae eâdemque manu scriptum, sed longe diversi argumenti: continet enim aphorismos quosdam ad praxin medicam spectantes, quorum auctorem se in fine profitetur *Jehoschua Heschel medicus* [Judaeus], qui temporis notam addidit *a. 492 juxta supputationem minorem*, id est, a. Christi 1732. Videtur ergo J. H. Schaaf*ius* ad fratrem suum, quum hoc ipso anno aut sequenti Med. Doctor renuntiaretur, una cum carmine suo gratulatorio apographum misisse horum aphorismorum, qui quidem ipsi animadversione dignissimi visi sint. 5°. denique, ejusdem carmen Syriacum 24 stropharum tetrastricharum, in honorem Principis Arausiaci Nassovici, Wilhelmi Caroli Henrici Frisonis, sive Guilielmi IV., quum Gubernator Foederati Belgii et Dux terrâ marique Supremus dictus esset. Unde ergo apparet, quum anni nota non addita sit, id carmen a. 1747 fuisse compositum: in subscriptione vero his verbis se auctor designat: *a Joh. H. S., Caroli Prof. filio, quondam Philologo, nunc Doctore Medico, et Cive Practico Amsteledamensi.* Juxta hoc nitide exaratum exemplum jacet alterum sordidius, manu ipsius etiam Schaaf*ii* scriptum, in quo Syriacis vocabulis Latinam interpretationem adjecit.

(1) Dies et annus non notati sunt; verum cum matrem suam hìc *viduam* appellet, evidens est, id carmen certe *post annum 1729* confectum esse. Et cum in epistolà, quam die 15° Sept. a. 1733 ad Episcopum Maha-Thomam scripsit (N. VIII, 7°), de eodem illo fratre ut *Med. Doctore* loquatur, simul inde apparet, jam *ante id tempus* illud exstitisse.

III. Libri Arabice scripti, aut ad linguam et litteras Arabicas spectantes.

A. Grammatici argumenti.

N. X.

(Ex Willm. Cat. n. 64 in p. 12 seq. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultens*ii*, cujus vide Catal. p. 605 n. 7012.)

Codex in 8° min., foliorum 49 (quorum 6 colorata sunt, 20 autem vacua relicta), Willmet*i* curâ compactus ligaturâ chartaceâ, Orientalem in modum. Scriptus est manu perspicuâ quidem, sed crassâ et valde recenti, charactere نسخى. Primae paginae rudiori penicillo ornatae sunt: anni nota abest. Continet: 1°. a p. ١—44, notissimum Abū-Becr*i* ʿAbdo'lqāhir*i* ibn-ʿAbdi'*r*raḫmán al-Ǵorgānī († a. 471) libellum, ad syntaxin Arabicam pertinentem, qui vulgo العوامل المائة appellatur. De quo ut a multis jam crebro relatum est, ita ipse nonnulla attigi in *Orientalium* Vol. I. p. 351 seq. Incipit in hoc exemplo, sicut in plerisque: الحمد لله رب العالمين، والصلوة والسلام على سيّدنا محمد وآله وصحبه اجمعين، وبعد فانّ العوامل فى النحو على ما الّفه الشيخ الامام عبد القاهر بن عبد الرحمن الجرجانى رحمة الله عليه مائةُ عاملٍ وهى تنقسم الى قسمَيْن الخ. Ad initium scholia Arabica, tum in paginarum margine, tum inter versus, aliâ quam librarii manu adscripta sunt. — 2°. in p. 47 et 48, brevem precationem Arabicam, cui inscriptum est: هذا دُعَاء عَهْدنَامَة (conf. Fleischer*i* *Catal. Codd. Orient. Bibl. Lipsiensis* p. 413 b. vs. 1 a f. seqq., et Ni-

collii *Cat. Bibl. Bodl.* p. 88 b. n. 74, 17°). Incipit, plenius quam libellus ille Bodlejanus: اللهمّ فاطرَ السموات والارض عالمَ الغيب والشهادة وكفى بربّك شهيدًا اللهمّ انّى اعهد اليك عهدا فى هذه الحيوة الدنيا الخ. — 3°. in p. 61 et 62, *initium* libelli Turcici, metrice compositi, cui inscriptum: هذا كتاب عوامل تركيّه. Jam ex his quibus incipit distichis:

بل عوامل يوز درر فى الظاهر
شونكَ اوزره دوزدى عبد القاهر
بعض لفظيّه انوكَ بعض هم
معنويّه اولدى اى خير الامم

manifesto liquet, hîc ipsum illum, de quo sub n. 1° dixi, Arabicum Ģorgānī*i* libellum in Turcicum poëma transfusum esse: ita plane, ut a Feurīo factum esse, ex Fleischer*i* *Cat. B. Lips.* p. 546 b. vs. 6 a f. seqq., itemque a Çūfī-zādâ ·al-ʿEdrenewī, ex Ḫāgī-Čal. Lexico (in v. العوامل المائة) et ex Fleisch. *Cat. B. Dresd.* n. 117, 3°, apparet. Hoc tamen opusculum, cujus auctoris nomen non expressum, ab utroque illo diversi est initii. Octo tantum prima ejus disticha in duabus his paginis exstant.

N. XI.

(Bibliothecae Instituti dono datus a. 1835 a Viro Cl. Nic. Guil. van Kampen, cui etiam ipsi dono missus erat Bataviâ ab H. J. Meyndert*sio*.)

Codex in 4°, foliorum 250, quorum magna pars soluta est ab involucro linteo, quo solo adhuc reliqua inter se continentur. Servatur nunc in ligaturâ vetustâ et squalidâ, ex corio nigro factâ, quâ, ut e magnitudine ejus apparet, olim liber multo lon-

gioris formae tectus fuit. Totus charactere نسخى scriptus est, et longe major ejus pars unâ manu, perspicuâ quidem sed crassâ et diffusâ. Anni notam non offert, at sine dubio recens est et in Indiâ ortus. Continet 1°. a p. 5—18, idem illud Ǵorgānī opusculum العوامل المائة, quod hîc simplicius incipit: العوامل فى النحو مائة لفظيّة ومعنويّة الخ, et cui in fine, post verba quae in superiori exemplo et in plerisque aliis sunt ultima: فهذه مائة عامل لا يستغنى الصغير والكبير والوضيع والرفيع عن معرفتها واستعمالها, haec addita leguntur: فى معمولاتها واوردنا بيانها على طريق الحساب والعدد. Multa scholia Arabica et Malaïca, tum inter versus, tum in margine paginarum, tum etiam in chartis separatim insertis, adscripta sunt. — 2°. a p. 23—71, libellum aeque pervulgatum de syntaxi Arabicâ, qui ab auctoris nomine, ابو عبد الله محمد بن داود الصّنْهاجى الشهير بابن أَجُرُّوم († a. 723), appellari solet المقدّمة الآجُرُّوميّة. Initium ejus hîc ita plane ut in reliquis Codicibus se habet, et a me quoque in *Orient.* I. p. 334 jam descriptum est. Huic etiam libello multa scholia Arab. et Mal. accesserunt. — 3°. a p. 72—77, sed aliâ manu quam 1 et 2, tractatum Malaïcum de ominibus, quae ex terrae motibus, pro diversis quibus fiunt temporibus atque horis, repetenda sunt. — 4°. a p. 77—79, itidem diversâ manu, alium tractatum Malaïcum de mundatione corporis antequam preces peragantur. — 5°. in p. 81, rursus diversâ manu, precationem Arabicam, inscriptam: اين دعا عقيقة (*haec est precatio, pronuntianda tempore ovis mactatae pro puero cui primâ vice caput rasum est*), quae sic incipit: اللهمّ انّ هذه عَقيقة فلان ابن فلان دمُه بدمها ولحمُه بالحمها (بلحمها .l) وعظمه

بعظمها وشعره بشعرها الخ. — 6°. a p. 84—197, eâdem manu quâ 1 et 2, Commentarium Arabicum ad Ǵorgānīī العوامل المائة, cujus hoc est initium: انّ أَوْلَى ما نطيقت (l. نَطَقَتْ) به أَلْسُنُ الانام، وافضلَ ما جَرَتْ به أَسْنانُ الاقلام، حمدُ الاه الخ. Aliud exemplum hujus ejusdem Commentarii mihi non notum est, nec possum ergo auctoris nomen definire, quod in hoc Codice non additum est. Multa scholia Arab. et Mal. etiam huic libro, tum inter versus, tum in paginarum margine, adscripta sunt; Commentarii vero auctor initium et finem libelli quem explicuit (cujus verba rubro colore hîc distincta sunt), eodem modo tradidit quo in 1 exstare dixi. — 7°. in p. 198 seq., diversâ manu, *initium* operis Arabici inscripti اسرار الصلاة, et sic incipientis: الحمد لله الذى هَدٰينا على (الى .l) طريق الهدى، واوضح لنا الى (dele) سبيل المَنْجَى، ولولا ان هَدٰينا اللهُ ——— وبعدُ فهذا جزءٌ يسمّى اسرار الصلاة فى تبيين مقارَنة النيّة بتكبيرة الاحْرام فى الفقه والصوف (والتصوّف .l) عند (على .l) اعتقاد اهل السنّة الخ. Etiam hic liber mihi aliunde non notus est. — 8°. in p. 200, itidem manu diversâ, brevem observationem grammatici argumenti, Arabice scriptam, cujus hoc est initium: فصل وكلّ اسم فى اخره ياءٌ اذ (اذا .l) انفتح ما قبل الياء لم يَحْتمل من الحركات شيئًا كقولك هذا مَوْلًى ورايتُ مولًى ومررتُ بمولًى الخ. — 9°. a p. 202—477, eâdem manu quâ 1, 2 et 6 (intermixtis tamen aliâ manu, in p. 258 seq., precibus Malaïcis), Commentarium Arabicum ad librum de syntaxi Arab., cui titulus est

جمال الدين ابو قَطْرُ النَّدَى وبَلُّ الصَّدَى, et auctor عبد الله محمد[a] بن يوسف الانصارى, vulgo dictus *Ibn-Hišām* (†a. 761 aut 762). Commentarius diversus ab illo est, quo suum ipse librum auctor explicuit (vid. Cat. B. Bodl. n. 1134 et 1173 (Uri p. 239 b. et 245 b.) ac n. 215, 1° (Nic. p. 182 b.), item B. Ambros. n. 151 et B. Escur. n. 47, 1°); nescio vero, cum nullum nomen hîc exstet, cui tribuendus sit. Incipit his verbis: الحمد لله رب العالمين موجِّه من شاء نحو الهدى، والصلاة والسلام على سيّدنا محمد ارفعِ مَنْ نُصب لخَفْض العدى، وبَعْدُ فهذا ما احتاج اليه المتعلّمون ذو (ذَوُو l.) الابتداء المتعطّشون الى التروّى بقطر النداء (النَّدَا l.) للشيخ الامام العالم العلامة ابى عبد الله جمال الدين محمد ابن يوسف ابن هشام الانصارى رحمة الله عليه الخ. Ipse qui explicatur liber (quem nos hîc Leidae non possidemus) hujus est initii: الكلمة قولٌ مفردٌ وهى اسم وفعل وحرف فامّا الاسم فيُعْرَف بألْ كالرجل وبالتنوين كرجلٍ الخ. Quae verba, ut reliqua ipsius Ibn-Hišāmi, rubro colore in hoc exemplo distincta sunt. Absoluto operi haec in p. 477 librarius subscripsit: تمّت الكتاب شرح قطر النداء وكاتبُه معال فوئه فى

---

a) Nomen ejus in aliis libris ابو عبد الله محمد, in aliis ابو محمد عبد الله, fuisse legitur: de quâ discrepantiâ vide Nicollium in *Cat. B. Bodl.* p. 183 a. ann. *a* et *d.* — De anno mortis ejus, de quo itidem inter auctores non plane constat, conf. Sacyi *Anth. Gr. Ar.* p. 185. Ḫāgī-Ḉal. in v. قطر الندا annum dixit 762, et nomen scripsit ابو عبد الله محمد.

يوم سبت ; priori vero parti ejus multa etiam scholia Arab. et Mal. sunt addita. — 10°. a p. 478—481, diversâ manu (uti omnia quae sequuntur), tractatum Malaïcum de iis quae singulis diebus mensis fausto omine geruntur. — 11°. in p. 482 seq., alium tractatum Malaïcum de temporibus quibus faustum est iter adire. — 12°. in p. 484 seq., duas breves precationes Arabicas, quarum prior incipit a verbis: اللّهمّ انّي اسئلك كلّ المكنون الخ, posterior ab his: انّي توكلت على الله الخ. — Denique 13°. a p. 486—497, diversa fragmenta Arabica (p. 486—490 med.) et Malaïca (p. 490 med. —497), descripta ex operibus ad disciplinam Juris (الفقه) pertinentibus. Arabicis scholia Malaïca inter versus sunt addita.

N. XII.

(Ex Willm. Cat. n. 169 in p. 25. Ab hoc emtus est e bibl. E. Scheidii, cujus vide Catal. p. 93 n. 38.)

Codex in 4° min., 161 paginarum, nitide et satis perspicue scriptus, charactere نسخي, et bene compactus. E clausulâ scribam fuisse apparet منصور ابن سليمن بن حسن الدمناوى الازهرى, qui eum absolvit medio mense Rabīo priori a. Ar. 1035. Quatuor paginae (73—76) per transversas lineas, a puero, ut videtur, temere per litteras ductas, aliquantum detrimenti passae sunt: caeterum Codex optime conservatus est. Continet notissimum librum, [a] دُرّة الغَوّاص فى أَوْهام الخَوّاصّ, in quo

a) Quem titulum Sacyus in *Chrest. Ar.* III. p. 176 et *Anth. Gr. Ar.* p. 63, sic vertit: *la perle du plongeur, où il est traité des fautes de langage des gens bien nés.* Fortasse tamen, quum verbum غاص cum فى construi soleat, paullo etiam accuratius sic exprimi potuisset: *la perle du plongeur, (qui s'est enfoncé) dans les fautes de l. d. g. b. n. (pour les mettre au jour).*

auctor, Abū-Mohammed ·al-Qāsim ·ibn-Alī, vulgo ·*al-Ḫarīrī* dictus (✝ a. 515 aut 516), hoc sibi proposuit, ut vitiosas dictiones, sive Grammaticae legibus sive verae verborum potestati contrarias, quas a nobilioribus quoque et excultioribus hominibus usitari vidisset, notaret et quâ ex parte laborarent ostenderet. Ratio hujus exquisiti opusculi jam satis nota est per bene multos locos, quos ex illo deinceps, inde ab initio ad finem, selectos edidit Sacy*us* in *Anth. Gr. Ar.* p. ٢٥—٧٣, ibidemque vertit et annotatione illustravit in p. 63—154. Ipse liber in hoc Codice eodem modo quo apud Sacy*um* et in nostro exemplo Leidensi (n. 745), incipit (امّا بعد حمد الله الذى عمّ عباده الخ): pro verbis vero quae huic initio apud Sacy*um* praemissa sunt (1), hîc plura etiam exstant: قال الشيخ (l. شيخ) الانام العالم ابو محمد القاسم بن على بن محمد بن عثمان الحريرى تغمّده الله تعالى برحمته واسكنه بُحْبُوحَةَ جنّته بمنّه وكرمه; pauciora vero in Cod. Leid.: (قال) الشيخ الرئيس ابو محمد القاسم بن على بن عثمان الحريرى البصرى. Paucula in nonnullis hujus exempli paginis manu Scheidii et Willmeti annotata sunt.

N. XIII.

(Ex Willm. Cat. n. 170 in p. 25. Itidem ab hoc e bibl. E. Scheidii emtus est, cujus vide Cat. p. 93 n. 39.)

Codex in 4°, foliorum 174, crassiori manu sed perspicue scriptus, char. نسخى, optimeque conservatus et compactus. Librarius nullam adjecit no-

---

(1) De quibus vide quae ille annotavit l. l. p. 122 vs. 12 a f. seqq.

tam, ex quâ aut ipsius nomen aut Codicis aetas cognosceretur: universus tamen habitus ejus circiter duorum saeculorum aetatem ei tribuit. Continet, uti ex titulo qui praefixus est apparet, Commentarium in ipsum illum, de quo modo dixi, Ḥārīrī*i* librum, compositum (ut ibi legitur) a مولانا وسيّدنا واستاذنا شيخ الاسلام بدر العلماء الأعلام سليل الائمّة الكرام المولى شهاب الدين احمد الخفاجىّ دام مجده. Est igitur ille Commentarius, quem Ḥāgī-Ċalīfa in v. درّة الغوّاص, (certe secundum nostrum exemplum) *sexto* loco commemoravit (1): et initium quoque ejus, ut ibi traditur (احمد الله الذى جعل حمده فى تاج الادب درّة اللج), plane idem est quod in hoc Codice offertur. De aetate hujus Śihābo'*d*dīn*i* Aḥmed*is* ·al-Ċafāgī ab Ḥāgī-Ċal. nihil relatum est: potest ea tamen certo definiri ex praefatione, in quâ laudes celebravit Sultani Turcici مراد بن السلطان احمد بن السلطان محمد بن السلطان مراد, id est, Morād*i* IV., filium Aḥmed*is* I., nepotem Moḥammed*is* III., pronepotem Morād*i* III., qui Turcarum imperio ab a. Ar. 1032—1049 (Chr. 1623—1640) praefuit. Eo igitur annorum intervallo hic Commentarius editus est; hoc autem exemplum vivo adhuc auctore, et ab uno ex discipulis ejus, scriptum esse, partim ex titulis qui nomini ejus praemissi sunt, partim ex addito illo دامَ مَجْدُه, se-

---

(1) Apud Hammer*um* in Catal. suorum Codd. Orient. p. 35 n. 28 (sive in *Jahrb. d. Liter.* Vol. 62 *Anz. Bl.* p. 9 seq.), ubi locus ille Ḥāgī-Ċalīfa*e* descriptus est, omisso Commentario ʿAbū-ʿAbdi'*l*lāh*i* Moḥammed*is* ·ibn-ʿIzzi'*d*dīn ·abī-Becr ·al-ʿAnçārī ·al-logawī (qui in nostro Cod. 5us est), hoc ipso numero Commentarius ille Ċafāgī*i* notatus est.

qui videtur. Explicantur in illo aut illustrantur difficiliores loci totius opusculi, nec pauca continere videtur, quae ad illud melius intelligendum utilissima sint. Ipsa autem Ḥarīrīi verba primum a librario rubro colore scripta, mox vero (inde a pag. 19) rubris tantum lineis notata sunt.

N. XIV.

(Ex Willm. Cat. n. 55 in p. 11. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultensii; tum vero conjunctus erat cum eo libro, qui in Willm. Cat. est n. 88 in p. 15. Hi ambo in Cat. Schult. sunt n. 7018 in p. 605.)

Codex in 8°, 125 paginarum, majoribus litteris perspicue scriptus, char. نسخى, et Willmeti curâ bene compactus, Orientalem in modum. Anni notâ caret, satis vero recens videtur. In ultimâ ejus parte vermes, quorum per totum librum vestigia sunt, etiam ipsis litteris nonnihil noxae intulerunt. Continet celebratum illum de syntaxi Arabicâ libellum, qui, a Ǧamālo'ddīno ·abū-'Amro 'Otmāne ·ibn-'Omar ·al-Mālikī, vulgo *Ibno-'l-Ḥāgib* dicto († a. 646), compositus, nomine كافِيَة ابن الحاجب notus est. Conf. quae de eo jam dixi in *Orient.* I. p. 349 seq. Primum hujus exempli folium interiit, in cujus versâ paginâ, praeter titulum, haec tantum initii verba scripta fuerant: الكلمة لفظٌ وُضِعَ لمعنى مفرد وهى اسم وفعل وحرف لانّها امّا أن تدلّ على معنى فى نفسها او لا الثانى الحرف والاول, cum pagina quae nunc prima est, incipiat a verbis: امّا أن يقترن باحد الازمنة الثلثة او لا الخ. Deperdita illa jam manu Willmeti adscripta sunt, qui ex editione Romanâ ea supplevit.

N. XV.

(Ex Willm. Cat. n. 56 in p. 12. Ab hoc emtus est e bibl. ejusdem Schultens*ii*, cujus vide Cat. p. 602 n. 3837.)

Codex in 4°, foliorum 164, minutis litteris satis perspicue scriptus, char. نسخى, et bene compactus. Prima folia nonnihil trita sunt et laxius cum ligaturâ cohaerent. Una pagina (23[a]) per errorem vacua relicta est, at nihil tamen deësse, ipse, ut puto, scriba indicavit, majori litterarum ductu in eâ annotans: بياض صحيح. Margines foliorum per bibliopegi imprudentiam tam late desecti sunt, ut de iis quae in extremâ orâ exstabant, nonnulla interierint. A quo et quando Codex exaratus sit, ex hac subscriptione apparet: تمّ هذا الكتاب وكمل بعون الله الملك الوهاب فى عاشر من شهر جماد الاخر بقلم الفقير الراجى عفو ربه الواحد الاحد عبد ابن حاجى محمد يوسف حميرى سنة ٩٤. Continet amplum illum Commentarium ad Cāfija*m* Ibno-'l-Ḥāgib*i*, modo commemoratam, quem notissimus poëta Persicus, 'Abdo'*r*raḥmán al-Ǵāmī († a. 898), in gratiam filii sui, Ḍijā.o'*d*dīn*i* Jūsof*i*, Arabice composuit, et الفوائد الضيائيّة inscripsit (1). Liquet illud ex initio, quod in hoc etiam Codice sic se habet: الحمد لوليّه ، والصلوة على نبيّه ، وعلى آله واصحابه ، المتادّبين بآدابه ، وبعد فهذه فوائد وافيه ، بحلّ مشكلات الكافيه ، للعلّامة المشتهر فى المشارق والمغارب ، الشيخ ابن الحاجب ،

(1) De editione hujus libri, tam Calcuttensi quam CPolitanâ, jam dixi in *Orient.* I. p. 350. De priori vero editione conf. Nicoll. l. l. p. 527 a. init.

تغمّده الله بغفرانه، واسكنه بُحْبُوحةَ جِنانه، نظمْتُها فى سلك التقرير، وسمط التحرير، للولد العزيز ضياء الدين يوسف، حفظه الله عن موجبات التلهّف والتاسّف، وسمّيتها بالفوائد الضّيائيّه، لانّه لهذا الجمع والتاليف كالعلّة الغائيّه، الخ. Totus liber accuratissime in hoc Commentario explicatus est; ipsa vero 'Ibno-'l-Ḫāgibi verba prius rubro colore hîc a scribâ distincta, at in posteriori Codicis parte lineis tantum nigris notata sunt (1). Quamplurima scholia Arabica diversis manibus, tum in margine paginarum, tum etiam inter versus, adjecta: quibus cum aliae paginae totae repletae sint, aliae tamen etiam non paucae plane vacant.

N. XVI.

(Ex Willm. Cat. n. 58 in p. 12. Ab hoc emtus est e bibl. ejusdem Schultensii, cujus vide Catal. p. 602 n. 3839.)

Codex in 4° min., foliorum 103, char. نسخى exaratus; ut chartarum vero manuumque diversitas prodit, ex tribus, olim separatis, partibus compositus. Prima pars, quae reliquis et magis perspicue scripta, et sine dubio etiam antiquior est (certa enim temporis nota nulli adjecta), folia 77 complectitur: secunda fol. 78—85, et tertia fol. 86—103. Ligatura antiqua, quâ inter se compactae sunt, recentiori tempore resarta est. Continet quinque libellos *de inflexione verborum Arabicorum et formarum ab his ductarum* (فى التصريف), et quidem eosdem illos, quos in nostro Leidensi Cod. 950 exstantes, in *Orient.* I. p. 352 seqq. descripsi. Iidem quo-

---

(1) Eadem verba is ipse in 95 primis paginis separatim quoque ad extremas earum oras adscripsit. Haec tamen bibliopegi culpâ passim truncata sunt.

que (ut ibi jam retuli) a Turcis, qui eos in Scholis suis usitant, CPoli a. 1818 sunt editi. *Primo* igitur loco hîc, a p. 1—85, offertur مَرَاحُ[a] الأَرْوَاحِ Ahmedis ·ibn-'Alī ·ibn-Mas'ūd, cujus aetas mihi nondum innotuit. Incipit: قال المفتقر الى الله الودود، احمد ابن علىّ بن مسعود، غفر الله له ولوالدَيْه، واحسن اليهما واليْه، اَعْلم انّ الصرف امّ العلوم والنحو ابوها الخ. 2°. loco sequitur, a p. 87—117 (eâdem manu quâ 1) تصريفُ الزَّنْجانيِّ, sive العِزِّىُّ, cujus auctor est 'Izzo'*d*dīn 'Abdo'lwahhāb ·az-Zengānī († a. 655). Prima verba: الحمد لله ربّ العالمين، والصلوة والسلام على خير الخلق محمد وآله وصحبه اجمعين، اَعْلم انّ التصريف فى اللغة التغيير الخ. — 3°. a p. 119—151 (eâdem quoque manu), المَقْصُود فى التصريف, de cujus auctore inter ipsos Arabes non constat. Initium: الحمد لله الوهّاب، للمومنين سبيلَ الصواب، والصلوة والسلام على نبيّه محمد الزاجر عن الأَذْناب، الحاثّ على طلب الثواب، وعلى آله وصحبه خير الآل وخير الأَصْحاب، امّا بعدُ فانّ العربيّة وسيلة الى العلوم الشرعيّة الخ. — 4°. a p. 155—167 (diversâ manu),

---

a) Sic pronuntiandum esse hoc vocabulum, non مِرَاح (ut, Sacy*um* et alios secutus, in *Orient.* l. l. et p. 336 scripsi), recte animadvertit et Scholiastae explicatione probavit Fleische*rus*, *Cat. B. Lips.* p. 335 a.

بِنَاءُ الأَفْعَال incerti auctoris. Hìc quoque, omni omissâ doxologiâ, sic simpliciter incipit: اعلم انّ ابواب التصريف خمسة وثلثون بابًا ستّة منها الخ. — Et 5°. denique, a p. 173—202 (rursus diversâ manu), الأمثلة المختلفة, i. e. *exempla diversarum formarum quae a verbo Arabico perfecto ducuntur* (نَصَرَ يَنْصُرُ نَصْرًا الخ). Adjecta autem sunt in hoc Codice plurima scholia Arabica ad libellos, qui 1um, 2um et 3um, locum tenent; ac singulae formae quae in 5° exhibentur, eâdem illâ, partim Arabicâ, partim Turcicâ, expositione illustratae sunt, quae in Leid. Cod. 950 et in edit. CPolitanâ offenditur. Caeterum hìc quoque nec libellorum tituli nec nomina auctorum a scribis expressa sunt, praeterquam quod soli 4° in fine subscriptum est: تم البناء. Willmet*us* in titulo, quem suâ manu praefixit, haec perperam posuit: » *Ahmed Ibn Ali Ibn Massoud de conjugationibus Arabicis, 5 libris absolutum opus*"; et in Catalogo quoque suo de solo *primo* libello mentionem fecit.

N. XVII.

(Ex Willm. Cat. n. 57 in p. 12. Ab hoc emtus est e bibl. ejusdem Schultens*ii*, cujus vide Catal. p. 602 n. 3838.)

Codex in 4°, foliorum 80, perspicue exaratus char. نسخى, et corio tectus. Quo die et anno absolutus sit, ex subscriptione, quae partim Arabica et partim Persica est, apparet: تمت الكتاب بعون الملك الوهاب فى يوم الخميس بيست هفتم شهر ذالحجه الحرام سنة ١٠٨٩ (l. ذى الحجة). Continet Commentarium Sa'do'*d*dīn*i* Mas'ūd*i* ibn-'Omar at-Teftāzānī (✝ a. 792) ad libellum supra commemoratum (XVI,

2°), تصريف الزنجانى. Ḥāǧī-Ċalīfa, in v. العزى, *primo* loco de eo mentionem injecit, addens, primum hoc fuisse illius scriptoris opus, quod ad finem perduxit mense Ša:bāne anni 738 (anni ergo aetatis suae 26[i], cum natus sit a. 712). Nos Leidae hunc Commentarium non possidemus: exstat vero etiam in Bibl. Bodl. n. 1159, 2° et 1164, 1° (Uri p. 243 b. et 244 a.), Bibl. Escur. n. 102, 1° et 139, 3° (Casir. I. p. 24 b. et 33 b.), Bibl. Ambros. n. 124 et 125 (Hammer. p. 22), caet., et editus est CPoli a. 1838 (conf. *Orient.* I. p. 337 ann. *b*). Initium ejus, ab Ḥāǧī-Ċal. jam traditum, prorsus eodem modo in hoc Codice se habet: إنّ أروى زهر يخرج فى رياض الكلام من الأكمام ، وأبهى حبر يحاك ببنان البيان وأسنان الأقلام ، حمد الله الخ. Totus Zengānī*i* libellus in eo accurate explicatus est: cujus ipsius verba in hoc exemplo primum lineis rubris, deinde nigris, at paullo post medium nullis signis distincta sunt. In primis paginis aliquot scholia, Persica et Arabica, inter versus et in margine adscripta sunt: quorum haec tamen, cum bibliopegus folia latius desecuerit, non amplius plane sunt integra.

N. XVIII.

(Ex Willm. Cat. n. 62 in p. 12. Ab hoc emtus est e bibl. Walraven*i*, cujus vide Catal. p. 57 n. 16.)

Codex in 4°, foliorum 182, Mauritano charactere ac duabus diversis manibus (quae se invicem excepisse videntur) non valde perspicue scriptus, et bene compactus. E clausulâ apparet, absolutum eum fuisse die Martis, 24° mensis Šauwāl*is* a. 1122. Continet librum, cujus in praefatione titulus esse legitur تكميل المرام ، بشرح شواهد ابن هشام ، et cujus auctoris nomen ex his, quae a librario ipsi initio prae-

missa sunt, cognoscitur: قال شيخنا وسيّدنا ومولانا العالم العلّامة الحبْر البَحر الفهّامة المحقّق المدقّق الصدر الاوحد سيدنا ابو عبد الله محمد بن شيخنا ووَسيلتنا سيّدنا ابو (ابى .l) محمد عبد القادر بن سيدنا علىّ بن الشيخ العارف بالله سيّدنا ابى المحاسن يوسف بن سيّدنا محمد الفاسىّ رضى الله عنهم وارضاهم امين. Porro ex operis initio, quod sic se habet: الحمد لله مُبْدع الخلائق على آخْتلاف صفاتها، ومُودعِ العربِ من الفصاحة أَنْمُوذجا صار لها من أَجْمل سِماتها، ـــ وبعدُ فهذا تَقْييدٌ ما يُحْتاج اليه من شرح الشواهد التى آشْتمل عليها تَوْضِيحُ الخُلَاصة للامام جمال الدين ابن هشام الخ, evidens est, in eo offerri Commentarium ad *locos probantes*, quos adduxerat Ǵamālo'*d*dīn*us* ibn-Hišām (de quo vide supra p. 22 ad XI, 9°) in opere suo, inscripto أَوْضَح المَسَالك الى أَلْفيّة ابن مالك, vulgo autem brevius تَوْضِيح الخُلَاصة sive التَّوْضِيح appellato: in quo is celebratam illam Ibn-Mālik*i* († a. 672) Grammaticam, quam, mille distichis conscriptam et hinc plerumque الأَلْفيّة, alio vero nomine الخُلَاصة فى النحو dictam, a. 1833 Sacy*us* edidit, in prosam orationem resolverat et amplo Commentario illustraverat. Conf. Ḥāgī-Ćal. in v. الالفيّة, edit. Flügel. T. I. p. 413. Ipsum illud Ibn-Hišām*i* opus exstat in Cod. Leid. 1312, itemque in Bibl. Gothan. n. 461 (Möller.

p. 143), Escur. n. 47, 3° et 67 (Casir. I. p. 13 a. et 17 b.), Vindobon. n. 413 (Hammer. p. 42) et n. 2, 3 et 4 (apud Flügel. in *Jahrb. d. Lit.* Vol. 97 *Anz. Bl.* p. 6 seq.), caet. Libri autem, qui hoc Codice continetur, nullum aliud exemplum mihi notum est, et Ḫāgī-Ċal. quoque nec in loco modo laud. illius mentionem fecit, nec titulum ejus تكميل المرام attigit. Cujus rei hanc causam esse puto, quod auctor ejus post Ḫāgī-Ċal. vixerit: nam, etsi aetatem illius aliunde definire non possum, e titulis tamen, qui (ut supra dixi) in hujus Codicis initio ei tributi sunt, manifesto apparere videtur, eum scribae isti aequalem fuisse et priori ergo parte saeculi Ar. 12[i] vixisse. Collato libro أوضح المسالك, reverâ omnes qui in eo citati essent poëtarum versus, hîc ex ordine recenseri et explicari cognovi: quod ita quidem factum, ut primum de metro singulorum versuum, tum de nomine et aetate poëtarum, tum de carminibus quorum pars sint, ac denique de ipsorum sensu sit expositum. Ipsi illi versus per totum Codicem rubro colore distincti sunt.

N. XIX.

(Ex Willm. Cat. n. 63 in p. 12. Ab hoc emtus est e bibl. Walraveni, cujus vide Cat. p. 59 n. 39.)

Codex in 8°, foliorum 152, unâ manu non ubique perspicuâ scriptus, char. نسخي ad تعليق vergente, et bene compactus. De tribus quos continet libris, primum se absolvisse scriba annotavit mense Ģomādā posteriori a. 1025, et tertium mense Moḥarramo a. 1026, dum praeterea in hujus et secundi fine nomen suum addidit: الحاجّ ابراهيم بن محمد ابن حسن. Infimae paginarum orae atramento inquinatae sunt. A p. 1—32 offertur libellus ejusdem, de quo modo dicebam, 'Ibn-Hišāmi, inscriptus الاعْرَاب عن قَوَاعِد الاعْرَاب. Totus a Sacyo est editus

in *Anth. Gramm. Ar.* p. ٧٣ — ٩٢, ibidemque Gallice versus et annotatione illustratus p. 155—223. Initium ejus hîc ita plane ut ibi se habet: قال الشيخ الامام العالم العامل — — هذه فوائد جليلة فى قواعد الاعراب الخ. Scholia nonnulla Arabica inter versus et in paginarum margine adjecta sunt. — 2° loco, a p. 39—164, exstat Commentarius ad ipsum illud Ibn-Hišāmi opusculum, factus (ut in praefatione legitur) a محمود بن الشيخ اسمعيل بن عبد الله بن ميكائيل الخَرپِرْتى, et ab ipso inscriptus: تَوْضِيح الاعْراب فى شرح قواعد الاعراب. Incipit his verbis: الحمد لله الذى رَفَع بدولة محمد عليه السلام كلمةَ الاسْلام، ونصَب باسْمه عَلَمًا يهدى الى فعْل الجُود والاكْرام، الخ. Unde certum est, hunc eundem esse Commentarium, qui ab Ḥāǵī-Ćal., edit. Flügel. I. p. 358 vs. 8 seq., commemoratus est, et cujus etiam in Bibl. Lips. (n. 27, 2°; Fleisch. p. 343 b.) et Paris. Reg. (n. 229 apud Flüg. in *Jahrb. d. Lit.* Vol. 91 *Anz. Bl.* p. 2) exempla servantur. Nomen relativum auctoris ibi quidem الخَرْتَبِرْتى (1), hîc الخَرپِرْتى, scriptum est; sed utrumque eodem spectare, nempe ad arcem illam, in confiniis Mesopotamiae et Armeniae sitam, quae ab Arabibus خَرْتَبِرْت et hodie a Turcis خَرْپوت (sic) appellatur, satis mani-

---

(1) Vocales addidi illas, quas nomini ipsius arcis خرتبرت perspicue tribuit Lex. Geogr. Conf. de eâ Saint-Martin *Mém. sur l'Arménie* I. p. 95 seq.

festum est. De aetate illius Mahmūdi ·ibn-'Ismâ'īl ex Ḫāgī-Ċal. loco nihil apparet; at e verbis, quae in hoc Codice Commentario isti subscripta sunt (وقع الفراغ من تحريره وتسويده فى وقت الضّحْوة من يوم الجمعة فى شهر جمادى الاوّل سنة خمس وعشرين والف من الهجرة النبويّة عليه الصلوة والسلام), et quae facile vides ex *auctoris autographo* sumta esse, sequitur, eum Ḫāgī-Ċalīfae aequalem fuisse, et hunc librum a. 1025 absolvisse, uno mense antequam hujus exempli scriba primum qui hîc offertur libellum ad finem perduxerit (vid. supra p. 33 vs. 8 a f. seq.). Ipsa 'Ibn-Hišāmi verba hîc lineis rubris notata, et pauca scholia Arabica passim inter versus et in margine sunt addita. — 3us liber (a p. 167—298), ut ex initio liquet, est Commentarius scriptus a Mohammede ·ibn-'Abdi'lganī (1) ·al-Ardebīlī ad compendium de syntaxi Arabicâ, quod composuerat Abū-'l-Qāsim Mahmūd ·az-Zamaċšarī († a. 538), et titulo الأنْمُوذَج فى النحو insigniverat. Hoc ipsum, quod in Cod. Leid. 748 (et in Bibl. Escur. n. 178, 1°; Casir. I. p. 40 b.) offertur, incipit a verbis: الكلمةُ مُفْرَدٌ وهى إمّا اسم كرَجُل وإمّا فعل كضَرَبَ وإمّا حرف كقَدْ الخ; illius autem Commentarii hoc est initium: الحمد لله الذى جعل العربيّة مفتاحَ البيان، وصيّرها آلةً بها يُحْتَرَز عن الخَطاء فى اللسان الخ. Idem est, quem Ḫāgī-Ċal. in v. انموزج فى النحو (ed. Flüg. I. p. 468

(1) Sic in hoc etiam Codice nomen expressum est: conf. Sacyi *Anth. Gr. Ar.* p. 270 ann. 3.

n. ١٣٩.) *secundo* loco commemoravit (1), et ex quo Sacy*us* in *Anth. Gr. Ar.* eam partem integram edidit (p. ٩٩—١١٨) Galliceque vertit et illustravit (p. 240—280), in quâ *tertium* sive *ultimum* ipsius الانموذج caput (فى الحروف) explicatum est (hujus Cod. p. 274 med. —298). Aetas Mo̱hammed*is* al-Ardebīlī, quae ab H̱āgī-Ćal. non expressa fuit nec a Sacy*o* (l. l. p. 270 ann. 3) definiri potuit, mihi quoque incerta relinquenda est. Hic vero Commentarius ejus, ut in Codd. Bibl. Reg. Paris. 1287 et 1313, 1°, atque in Escur. n. 178, 2° offerri legitur (conf. Sacy l. l. p. 269 seq.), ita non dubito quin etiam exstet in Bibl. Bodl. n. 1136, 3° (Uri p. 240 a. coll. Pusey*i* annot. II. p. 609 b.). Alium ad eundem Zamaćšarī*i* libellum Commentarium, a Saʿdo'*d*dīn*o* at-Teftāzānī (vid. supra p. 30 ad n. XVII) conscriptum, exhibet Codex B. Escur. 179 (Casir. I. p. 41 a.), et alium incerti auctoris Codex Leid. 1046 (2). Caeterum, ut in edit. Sacy*i*, ita in hoc quoque exemplo, verba ipsius Zamaćšarī*i* et Mo̱hammed*is* al-Ardebīlī interpositis (rubro colore) قال et اقول a se invicem distincta sunt; ac denique huic etiam libro paucissima scholia Arabica accesserunt.

---

(1) Initium ejus tradens, pro مفتاح البيان, ut in hoc exemplo legitur, ille مصباحا للبيان scripsit.

(2) De quo mentionem injecit Sacy*us* l. l. p. 269 in fine ann. 1ae. Incipit his verbis: الحمد لله الذى فضّل كلامَ العرب على سائر الكلام ، ونزّل النحوَ فيه منزلةَ الملح فى الطعام ، الخ. Codex vero ille non integer est, cum Commentarius abrupte desinat in explicatione eorum verborum, quae in edit. Sacy*i* exstant p. ١١٠ vs. 7 (واى مُخْتَصّةٌ بالقَسم نحو اى والله).

N. XX.

(Ex Willm. Cat. n. 61 in p. 12. Ab hoc emtus est e bibl. Bruin*ii* (n. 76), qui eum comparaverat e bibl. Willemsen*i*, cujus vide Catal. p. 167 n. 1829.)

Codex in 4°, foliorum 109, Mauritanâ manu obscurius exaratus, et bene compactus. Anni nota a librario non addita est. Continet priorem tomum operis, ab eodem 'Ibn-Hišām*o*, a quo XIX. 1, et de eodem argumento (فى الاعْراب), compositi, cui titulum dedit مُغْنِى اللَّبِيب عن كُتُب الأَعَارِيب. Incipit his verbis: أَمّا بعدَ حمد الله على افْضاله، والصلاة والسلام على سيّدنا محمّد وعلىٰ آله، فانّ أَوْلَى ما تَقْتَرِحه القَرائِح، وأَعْلَى ما تَجْنح الى تَحْصيله الجَوانِح، ما يتيسَّر به فهمُ كتاب الله المُنْزَل، ويَتّضح به معنى حديث نبيّه المُرْسَل، الخ. Et porro ex praefatione discimus, auctorem anno 749, cum in urbe Mekk*ae* peregrinaretur, jam simile opus composuisse, quod tamen in reditu suo ad Aegyptum, una cum aliis amisisset (1): quapropter eum anno 756, cum rursus Mekk*ae* versaretur, novum hunc librum fecisse, et eâ quidem maxime causâ ad hanc rem adductum fuisse, quod cognovisset, parvum suum de eodem argumento opusculum, الاعراب عن قواعد الاعراب

---

(1) Posteriora sic Arabice expressa sunt: ثم انّى أُصِبْتُ به ولغيره (l. وبغيره) فى منصرَفى الى مصر. Evidens ergo est, ex hoc loco, ab Hāgī-Ćal. in v. مغنى اللبيب descripto, male Sacy*um* (l. l. p. 185) effecisse, priorem illum librum, anno 749 compositum, fuisse الاعراب عن قواعد الاعراب.

(conf. n. XIX, 1), summopere viris doctis placere et magnae utilitatis esse videri. Dicit praeterea, se hoc opus in octo capita distribuisse, الباب الاول فى تفسير المُفْرَدات وذكر أَحْكامها الباب الثانى فى تفسير الجُمَل وذكر أَقْسامها وأَحْكامها الباب الثالث فى ذكر ما يتردّد بين المُفْرَدات والجُمَل وهو الظَّرْف والجارّ والمَجرور وذكر أَحْكامهما الباب الرابع فى ذكر احكام يكثر دَوْرُها ويَقْبح بالمُعْرِب جهلُها الباب الخامس فى ذكر الأَوْجُه التى يَدْخل على المُعْرِب الخَلَلُ من جِهَتها الباب السادسُ فى التَّحْذير من امور اشتهرتْ بين المُعْرِبين والصوابُ خلافُها الباب السابع فى كيفيّة الاعْراب الباب الثامن فى ذكر امور يتخرَّج عليها ما لاً يَنْحصر من الصُّوَر الجُزْئيّة. In hoc volumine *primum* tantum caput offertur: in quo auctor, litterarum ordinem secutus, fuse exposuit de diversâ vi et potestate, quae harum cuique in Arabico sermone, per se soli, propria est. Reliqua capita multo breviora esse videntur, cum in ultimâ paginâ hujus Codicis, in quâ librarius absoluto primo capiti haec subscripsit: هنا انتهى السفر الاوّل من كتاب مغنى اللبيب عن كتب الاعاريب بحمد الله تعالى وحسن عونه يتلوه الثانى ان شاء الله الخ, ad vocem السفر in margine vox النصف adjecta sit: ex quo consequens est, totum opus *duobus* tomis comprehendi. Nos Leidae illud non possidemus; exstat vero in Bibl. Bodl. n. 1070 (Uri p. 231 a.), Paris. Reg. n. 1231 (Cat. p. 231 a.) et n. 124 (apud Flügel. in *Jahrb. d. Lit.* Vol. 91 *Anz. Bl.* p. 4), Escur. n. 48, 97, 98 et 202 Casir. I. p. 13 a., 23 b. seq. et 47 a.), caet. Ut

multi in illud Commentarii scripti sunt (vid. Ḥāgī-Ḳal. in v.), ita diversos ex horum numero offerunt Bibl. Bodl. n. 1139 (Uri p. 240 a.), Escur. n. 49, 50, 51, 170, 203 et 204 (Casir. I. p. 13 b., 14 a., 39 a. et 47), caet.

N. XXI.

(Ex Willm. Cat. n. 65 in p. 13. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Parvus Codex in 8°, trium tantum foliorum, Willmeti curâ compactus ligaturâ chartaceâ, Orientalem in modum. Scriptus est char. نسخى, ad تعليق vergente, sed satis perspicuo. Anni nota non addita est: evidens tamen, recentioris aetatis esse. Infimae paginae maculis inquinatae sunt. Continet brevem libellum de diversâ potestate et usu singularum litterarum in sermone Arabico: quae igitur ex ordine hîc recensitae sunt, addito exemplo cujusque usûs, ad quem singulae adhiberi possunt. Statim, sine ullâ doxologiâ aut praefatione, sic incipit: الالف

فى الكلام (كلام .l) العرب على اثنين وعشرين وجهًا

الالف (الفُ .l) الاصل والف الوصل والف الفصل والف

القطع والف الضمير والف التثنية والف الواسطة والف

التفضيل والف التعجّب والف الاستفهام والف الانْكار

والف التقرير والف الاستقبال والف الندبة والف الوقف

والف الاعْراب والف الندآء والف البدل والف الزيادة

*والف التانيث [a] والف جمع التكسير والف الصفة

---

a) Haec verba delenda videntur: uti nunc enim non 22, sed 23, diversae species hîc enumeratae sunt, ita in sequentibus, ubi reliquarum omnium exempla adducuntur, haec sola

والف جمع الاناث اما الف الاصل فى الافعال مثل اتى يأتى والف الوصل مثل الف آنْصر وآكْتب الخ. Auctoris nomen non expressum est, nec titulus a scribâ praefixus. Absoluto tamen libello haec ille subscripsit: تمت المقدّمة فى بيان الحروف بعون الله. Unde Willmeti manu jam in fronte Codicis hic titulus positus est: المقدمة فى بيان الحروف, *Introductio ad explicationem literarum Arabicarum.*

N. XXII.

(Ex Willm. Cat. n. 60 in p. 12. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultens*ii*, cujus vide Catal. p. 602 n. 3842.)

Codex in 4°, foliorum 43, char. نسخى optime scriptus, sine anni indicio. Antiquior ligatura ejus a Willmet*o* superinjectâ chartâ renovata est; in posteriori autem parte ejus plurimae paginae maculis foedatae sunt. Continet institutionem elementariam de linguâ Turcicâ, Arabice scriptam a Çâli*ho* ibn-Mohammed, qui ipse nomen suum in praefatione expressit (1) et hunc libello titulum dedit:

---

omissa est. Et vero, quamvis in voce دُنْيَا littera ا pro *feminini generis notâ* valeat, male tamen ille usus hìc singillatim notatus fuisset. Apparet enim, litteram illam tunc esse الف البدل, quum دُنْيَا pro دُنْيَى scribatur.

(1) Willmet*us* in Catal. suo (n. 59 et 60) auctorem esse scribit زيد بن ثابت (sive, ut ad n. 59 legitur, زيد بن بابت), qui *jussu Sultânis Mohammed Mustafa* hunc librum composuerit. Et idem quoque tam huic quam alteri exemplo hunc titulum praefixit: *Grammatica Arabica linguae Turcicae, auctore* زيد بن ثابت. Qui error inde ortus est, quod in ipso libelli initio, nempe in eà doxologiae parte quae in Mohammed*e* laudando versatur, mentio injecta est de notis-

.الشُذور الذَّهَبيّه، والقِطَع الأَحْمَديّه، فى اللغة التركيّه، Incipit his verbis: الحمد لله الذى شرّف الانسان، وزيّنه بالنطق واللسان، الخ. Post absolutam doxologiam de causâ quâ ad scribendum permotus fuit, sequentia retulit: امّا بعدُ فيقول المبتهل الى الله تعالى بالأعضاء والجوارح، الراجى عفوَ مولاه ابن محمد صالح، لمّا كان ممّا ينبغى للانسان ان يعرف كلامَ مَنْ يُخاطبه، ليَفْهم كلامَه ويُجاوِبه، وكان دولةُ زماننا هذا الدولةَ العُثْمانيّه، ولغتُهم اللغةَ التركيّة السلطانيّه، طالَما جال فى خَلَدى انْ اضع رسالةً فى اللغة التركيّه، وسُئلتُ بذلك مِرارا، وتكرّر علىّ من أَقْربائى وأَصْدقائى تَكْرارا، فكنتُ تارةً أُقدّم رِجْلا وأُوخّر أُخْرَى، لعَدَمِ مَنْ هو لها بالتقديم أَحْرَى، فلمّا ساقنى سائقُ التقدير

---

simo hujus scribâ, Zeido 'ibn-Ťābit (vide ex. gr. Hamaker*um* in annot. ad فتوح مصر p. 76 et 87), quem Moḥammed hîc *jussisse* legitur بأَنْ يتعلّم كتابَ يهودِ (l. اليهودِ, ut in altero exemplo est) من السُّرْيانيّة والعِبْرانيّة. Paullo tamen difficilius explicatu est, cum in eo certe loco Moḥammed*is* nomini solenne illud المصطفى non subjunctum sit, unde porro mentio Sultani istius Turcici (qui nunquam exstitit) emanare potuerit. Suspicor e loco, ubi الخاتمة incipit (ابتدات باسم الله تعالى وايضا الصلاة والسلام على سيدنا محمد المصطفى), et ubi in altero exemplo postrema illa vocabula محمد المصطفى ita extra versum prosiluerunt, ut in margine posita, prae caeteris conspiciantur.

الى حيث مَحَطُّ رِحَال الرجال الأَماثِل اعنى سُدّة زُبْدة
ارباب التحرير، عُمْدة اصحاب التقرير، مُحبِّر سُطور
الطُّروس ببديع البيان، مُحرِّر ارقام الاقلام برفيع البرهان،
الجَناب العالى، والجوهر المتلالى، القاضوىّ المُؤتَمَنىّ
عُمْدة دُسْتور الملوك والسلاطين، وعين اعيان الكُتّاب
والمُوقِّعين، --- فَٱلْتمس منّى تعليمَ نَجْله ثمرةِ الفُؤاد،
مَنْ مَحَلُّه من العين السَّواد، اعنى به ذا القَرِيحة
الوَقّاده، والطِّبَاع المُنْقاده، المحفوف باللُّطْف السَّرْمَد،
والمحفوظ بعناية الملك الأَمْجد، النَّجْل السعيد،
الموفَّق الرشيد، سيّدى احمد --- فَٱمْتثلتُ ذلك بمَزِيد
السمع والطاعه، ولا وجدتُّ لمخالفتى استطاعه، الخ.

Ex quibus ergo apparet, eum hoc opusculum composuisse in gratiam pueri in disciplinam suam traditi, nomine Aẖmed*is* (unde in titulo illud القَطَع الأَحْمديّة, *panni pretiosi Aẖmed*ici), filii viri cujusdam honorati, cujus nomen non addidit. Non in ipsâ urbe Constantinopoli Aẖmed*em* illum habitasse, quod per argumentum libelli et linguam quâ scriptus est, jam facile conjicitur, plane certum est e loco, qui offertur in extremâ ejus parte (الخاتمة), quae exercitia loquendi continet, ex Arabico in Turcicum sermonem conversa. Ibi enim (in pag. hujus Cod. 75) ad quaestionem, quae discipulo tribuitur: يا خُوجَة اسْتَنْبُول من هُنَا كَمْ يومٍ هل قريبةٌ او (l. ام, ut in altero exemplo est) بعيدةٌ والّا من البحر

قريبة, haec respondet magister: أَسْمع يا ولدى فى البحر مع الريح الطيّب عشرون يوما وفى البرّ ستّون يوما. Habitavit igitur in regione, ex quâ maritimo itinere viginti, terrestri vero sexaginta dierum CPolin veniri posset: quâ regione *Aegyptum* significari, tum per se verisimile est, tum alio loco, ante الخاتمة proximo (p. MS. 69), confirmatur, in quo Arabice tradita et Turcice explicata sunt أَسْماء ايّام الجُمْعة فى بلاد مصر. Caeterum vero etiam ex الخاتمة effici potest, ipsi Çāliho, quem aliunde eo advenisse jam vidimus, urbem CPolin non tantum perquam notam fuisse, utpote cujus situm et praecipua aedificia discipulo describat (p. 76 seqq.), sed tum quoque, quum hunc libellum componeret, patrem et fratres ipsius ibi habitasse (p. 74). Quo tempore vixerit, presse definire nequeo: nec enim usquam id ipse edixit, nec satis aperte id elici potest ex eo praefationis loco (p. 5 seq.), in quo aliorum libros, a se in usum adhibitos, recensuit. Liquet tamen et ex universo illo loco, et maxime ex commemorato Commentario Arabico in الگلستان, facto a Sorūrīo, *praeceptore principis regii Moçtafāi, filii Sultani Soleimānis Magni* (وممّا منّ الله تعالى علىّ به فى تحرير هذه الرسالة ان يسّر لى شرح (l. شَرْحَيِ, ut in altero exemplo est) الگلستان بالعربى احدهما لسيّدى على والاخر لسُرورى چلبى خُوجة السلطان[a] مصطفى بن السلطان سليمان عليهم

a) Sic in utroque exemplo scriptum est, et satis ergo certum videtur, ipsi auctori hunc errorem tribuendum esse.

الرحمة والرضوان), certe non ante extremum saeculum 10um Arabum, sive 16um a C. N., hunc libellum scribi potuisse. Hāgī-Ćalīfa mentionem ejus non fecit: ex quo silentio tamen non sequitur, eum anno Ar. 1063, circa quem ille suum opus absolvit, nondum exstitisse. Praeter hoc exemplum et alterum de quo hîc proxime dicturus sum, unum tantum mihi notum est, a Flügel*io* notatum inter Codices qui recentissimo tempore Bibliothecae Reg. Paris. accesserunt, in *Jahrb. der Liter.* Vol. 92 *Anz. Bl.* p. 34 n. 194 (1). — In pertractando argumento suo hunc ordinem auctor secutus est: post المقدّمة فى بيان ما يحتاج اليه الشارعُ فى هذا الكتاب من كل معنًا مستطاب (p. 7—10), quae introductio agit de litteris, quibus Turcica lingua scribitur, *prima sectio* (الركن الاول فى بيان المشتقّات, p. 10—45) in octo haec capita distributa est: الباب الاول فى بيان المصدر الثانى فى بيان الأمْر الثالث فى بيان النّهى الرابع فى بيان الماضى الخامس فى بيان

Moçtafā enim ille *Sultani* dignitatem nunquam gessit, sed a patre Soleimān*e* I. (qui regnavit ab a. Ar. 926—974, sive 1520—1566) occisus est die 27° Šauwāl*is* a. 960. Vid. Hammer*i* *Gesch. d. Osm. R.* III. p. 315 seqq. In hujus Moçtafā*i* gratiam Sorūrī*us*, vir eruditionis laude celebratissimus, Commentarium suum in الكلستان scripsisse legitur extremo mense Rabī*o* priori a. 957 (conf. Hāgī-Ćal. in eâ voce), et ipse mortuus est a. 969 (vid. Hammer*i* *Gesch. d. Osm. Dichtk.* II. p. 287).

(1) Titulus ibi brevior quidem est (الشذور الذهبية فى اللغة التركية), et auctoris nomen *non expressum* esse legitur; verum haud dubito tamen, quin idem sit opusculum, nomenque ut in praefatione exstaret, Flügel*ii* oculos fugerit.

المُضارِع السادس فى بيان اسم الفاعِل السابع فى بيان علامة النّفْى الثامن فى بيان علامة الجمع. *Secunda sectio* (p. 45—58) inscripta est: الركن الثانى فى بيان الأسْماء. *Tertia* (p. 58—66): الركن الثالث فى بيان الضمائر المنفصلة وأسْماء الاشارات والأدَوات والاضافة. *Quarta* (p. 66—70): الركن الرابع فى بيان الكلمات المُشْتَركة بين العربيّة والتركيّة فى الاستعمال. Et finem libelli facit الخاتمة فى بيان الكلام المركّب من المُفْرَدات المتفرِّقة من مَصادر وأفْعال وأسْماء وأدَوات ومشترَك (p. 70—82). Quae coronis tota constat dialogis, inter magistrum et discipulum Arabice habitis, cum adjectâ in alternis versibus interpretatione Turcicâ. Etiam vero quatuor illae sectiones ita comparatae sunt, ut primo adspectu non *grammaticam*, sed *vocabularium Arabico-Turcicum* hoc libello contineri dixeris: brevissima enim monita de legibus grammaticis, quae in Turcico sermone cum diversis orationis partibus conjunctae sunt, largissimâ ubique exemplorum copiâ excipiuntur; ita ut, si illâ quidem ex parte jejunius esse opusculum censendum sit, glossarium certe exhibere, in suo genere satis perfectum et utilissimum, videatur. Unde facile explicatu est, quî scriba *hujus* exempli (non item alterius) absoluto libello hoc subscripserit: تمّ الترجمان بحمد الله الخ: nomen ترجمان enim multis *glossariis* commune est.

N. XXIII.

(Ex Willm. Cat. n. 59 in p. 12. Incertum, quomodo ad hunc venerit.)

Codex in 4°, foliorum 34, Willmet*i* curâ bene

compactus, Orientalem in modum. Continet plane eundem, de quo modo dixi, libellum, et char. نسخى etiam ipse haud male scriptus, at perspicuitate et elegantiâ tamen aliquanto inferior est superiori Codice. Itidem anni notâ caret, sed per atramenti et chartarum colorem illo antiquior videtur: internâ bonitate omnino ei cedit, quamvis non pauca menda, quae in illo se offerunt, ex hoc corrigi possint. Primum hujus exempli folium, in cujus versâ paginâ liber incipit, recentiori manu suppletum est: quam manum per collatos alios libros (ex Willm. Cat. n. 81, 91 et 93) manifesto mihi apparuit esse Alb. Fred. Woltersdorff*ii*, Stephani Schultz*ii* in itinere per Orientem socii. Is igitur sine dubio hunc Codicem possedit, et primam ejus paginam, sive deperditam ex alio, quod CPoli offendere potuit, exemplo (1) descripsit, sive (quod multo verisimilius duco) ipsam laceratam et squalidiorem renovavit. Quod satis imperite ab illo factum est: ita ut et alia multa vocabula pessimum in modum corruperit, et nomen proprium illud scribae Mohammed*is* (vid. supra p. 40 seq. ann. 1) pro زيد بن ثابت, ريد ابن بابت scripserit.

N. XXIV.

(Ex Willm. Cat. n. 66 in p. 13.)

Liber in 4°, foliorum 12, ipsius Willmet*i* manu scriptus a. 1801, et ligaturâ chartaceâ Orientalem in modum compactus. Praefixit hunc titulum: *Rudiment de la langue Arabe vivante: à l'usage de la Mission de la Compagnie de Jésus dans l'Orient. Copié de l'original, écrit au Caire l'an 1747, et appartenant à la Mission.* Ipsum opus, ex cujus initio haec rudimenta separatim descripsit

(1) Nequaquam certe ex superiori illo quod Schultens*ii* fuit: hoc enim si ante oculos habuisset, non toties et tam graviter errare potuisset.

(in 17 paginis), sequenti anno in privatam illius possessionem venit (Catal. n. 67), et infra inter *Lexica* commemorabitur. Paucula tunc etiam de hoc libello dicam, cujus hoc apographum ad litteram cum archetypo convenit, nullo quoque addito verbo.

N. XXV.

(Ex Willm. Cat. n. 99 in p. 17. Ab hoc emtus est e bibl. E. Scheidii: vide supra p. 7 ad n. V.)

Liber in fol., 154 paginarum, consutus et chartaceo involucro tectus. Willmet*us* ei in fronte hunc titulum praefixit: *E. Scheidii, V. Cl., Apparatus ad rem Grammaticam Arabum.* Et ipse etiam Scheidius, cujus autographus liber est, haec posteriora in summâ pag. 1 inscripsit. Collegit in illo, vel potius initium fecit colligendi (nam plurimae paginae fere totae vacant), exempla diversarum formarum verbi Arabici, cum trilitteri, tum quadrilitteri, et similiter exempla formarum infinitivorum, participiorum et nominum, adjectâ vi singulis propriâ.

N. XXVI.

(Ex Willm. Cat. n. 100 in p. 17. Ab hoc conjunctim cum n. V et XXV emtus est.)

Liber in fol., 112 paginarum, consutus et chartaceo involucro tectus. Willmet*us* in fronte hunc titulum posuit: *E. Scheidii, V. Cl., Apparatus pro Clavi Dialectorum.* Et hîc quoque Scheidius ipse in summâ pag. 1 eâdem inscriptione argumentum definivit. Id sibi in hoc volumine proposuit, ut, litterarum Arabicarum ordinem secutus, exemplis allatis ostenderet, cum quibus aliis litteris singulae earum aut in ipsâ Arabicâ linguâ aut in aliis sermonibus Semiticis permutatae sint. Incipit hoc modo:

ا

1° *in* ه; هَرْجَانٌ *et* أَرْجَانٌ *oleastri spinosi genus;*

فـش *et* أَشّ, *agilis, promtus fuit;* caet.

N. XXVII.

(Ex Willm. Cat. n. 218 in p. 31. Ab hoc emtus est e bibl. Walraven*i*, cujus vide Cat. p. 38 n. 35.)

Sequitur descriptio Codicis, qui, utpote *Arabicos* libros continens et potiori ex parte *grammatici* argumenti, necessario in hac Catalogi sectione notandus fuit. Putavi tamen, ut peculiaris ejus ratio et insigne pretium magis conspicerentur, quodammodo a reliquis eum seorsim ponendum esse. Et haec ergo causa est, cur *ultimo* hîc loco eum collocaverim, neglecto temporis ordine: quem si servassem, huic (ut mox apparebit) etiam ante n. XII (librum Ḫarīrī*i*, defuncti a. 515 aut 516) locus assignari debuisset.

Est igitur Codex in 4°, foliorum 163, litteris maximam partem Arabicis (char. نسخي et expressis, at imperitius, multis vocalibus), passim vero etiam Samaritanis, valde perspicue scriptus, ac vetustâ ligaturâ, cujus superior pars nonnihil laesa est, satis bene compactus. A vermium noxâ non integer est, qui scripturae tamen ipsi pepercerunt. Praeter manum quae longe pleraque exaravit, una multo etiam illâ antiquior nec minus certe bona, aliae vero multo recentiores et pejores, se in eo offerunt: illi debentur paginae 90—175, his varia, in foliis quae vacua relicta fuerant, annotata. Continet syntagma librorum, a diversis auctoribus *Samaritanis* Arabice scriptorum, et in suo genere tam singularis est, ut mihi quidem nullus ei similis notus sit. Dignissimus ergo foret, qui accuratius etiam et copiosius, quam hujus instituti ratio sinat, describeretur: ac saltem nonnullae partes ejus, ut reliquiae et pulcra specimina eruditionis Samaritanae, integrae olim edi merentur. 1° loco, a p. 1—31, se offert libellus, cui ipse scriba, ductu litterarum

minus composito et vel satis perplexo, hunc titulum praefixit: مختصر التَّوْطِئَة تاليف سيّدنا وامامنا وقُدْوتنا هكهن هجدول (i. e. הַכֹּהֵן הַגָּדוֹל) أَلْعَزَر بن سيّدنا هكهن هجدول فينحس ابن سيّدنا هكهن هجدول يوسف رضوان يهوه (יהוה) عليهم وأعاد علينا وعلى قهل يشرال (קְהַל יִשְׂרָאֵל) من بَرَكاتهم آمين. Incipit his verbis: الحمد لله ذى العَطايا الجِسام، والسَّخايا العظام، السابق بسَوابِغ الانْعام، والمسخِّر سوابقَ الأَنْعام، والسلام على أَنْبيائه الكِرام، الّذين ارسلهم الى خير الانام، وانزل عليهم احسنَ الكلام، وجمَع بين الحِكَم والأَحْكام، وفرَق بين الحَلال والحَرام، عليهم من الله افضلُ الصلوة والسلام، . Post hanc doxologiam haec statim auctor dicit: se, quum liber *de syntaxi linguae Hebraeae*, compositus ab الشيخ ابو اسحاق شمس الحُكَماء, et inscriptus التَّوْطِئَة (vid. infra n. 2), omnium quidem consensu excellentissimus esset, sed plerisque longior videretur, eum in hanc redegisse epitomen, cui nomen dedisset كتاب فى المُغْنِيَة التوطئة: in quâ uti haud pauca se omisisse, quae non prorsus necessaria judicasset, ita nonnulla tamen etiam addidisse, quae illum fugissent aut quae morte impeditus non potuisset supplere. Constat hoc compendium ex مقدّمة et tribus ابواب: quorum in primo فى الأَسْماء, in 2° فى الأَفْعال, in 3° فى

الحُرُوف, prorsus ad Grammaticorum Arabum normam, exponitur. Exempla vocum et locutionum Hebraearum, quae ubique ad dicta vel probanda vel illustranda adjecta sunt (et quibus, si vulgaria et e vitâ communi petita, rubro colore كقولك, si vero ex Pentateucho sumta sunt, eodem colore كقوله تعالى praemissum est), *Samaritano* charactere sunt expressa. Pro specimine totam المقدّمة, quae in Codice unam paginam complet, tradam, pro Samaritanis tamen litteris, perspicuitatis causâ et ut vocales possint addi, Hebraeas substituens: اعلم انّ الكلام ما تضمّن كلمتَيْن بالاشارة ويكون من اسمَيْن كقولك יוֹסֵף׃ יָפֶה׃ وتسمّا الجملةَ الاسميّة ومن فعل واسم كقولك שָׁמַר׃ יוֹסֵף׃ وتسمّا الجملةَ الفعليّة والكلام [a] واللفظُ الدالُّ على معنى مفردٍ وهى اسم وفعل وحرف فالاسم ما دلّ على معنى فى نفسه غير مقترن بالزمان كقولك אִישׁ׃ واصلُه عند العرب من السُّمُوّ [b] اى العُلُوّ [b] وقيل السِّمَة وهى العلامة فمن علاماته صَلاحيّتُه لدخول ها التعريف عليه ولام المِلْك ولأنْ يُوصَف به ويُخْبَر عنه والفعل ما دلّ على معنى فى نفسه مقترن بزمان كقولك עָשָׂה׃ יַעֲשֶׂה׃ עֲשֵׂה׃ ولدخول تا المتكلّم عليه וְאֶמֶשׁ׃ וּמָחָר׃ والحرف لا يدلّ على معنى فى نفسه كقولك מִן׃ וְעַל׃ واصلُه من طَرْف الشىء وحَرْفه وعلاماتُه عدمُ قبولِ العلامة. Ab-

---

a) Dele والكلام, quod imprudenti scribae tribuendum videtur.
b) In Cod. السموا et العلوا scriptum est, additâ Elif otiosâ.

soluto opusculo haec in p. 31 librarius subscripsit: تمّ بحمد الله تعالى فى نهار الاحد المبارك مستهلّ شهر صفر الخَيْر عندنا سنةَ احد وتسعين وثمانمائة الموافق لخامس شهر شباط على يد العبد الفقير الراجى من ربّه غفران الخطايا والذنوب يعقوب ابن محاسن ابن عبد الله ابن الرئيس عفى الله عنه وغفر له ولوالدَيْه وشلوم يهوه عل مشه (i. e. וְשָׁלוֹם יְהוָה עַל מֹשֶׁה).

Itaque, si ex titulis امامنا وقدوتنا, quos auctori illius compendii hîc tributos esse vidimus (supra p. 49 vs. 2), fortasse effici possit, hunc *scribae hujus exempli* aequalem fuisse, ex subscriptione illâ sequatur, posteriori parte saeculi Ar. 9[i] eum vixisse. Aliunde mihi prorsus ignotus est. — 2° loco positus est, a p. 37—201, ipse ille liber *de syntaxi linguae Hebraeae*, cujus epitome praecessit. Ut vero jam dixi, duabus manibus scriptus est; nimirum paginae 37—89 et 176—201 eâdem illâ quae primum et sequentes libellos exaravit, pagg. autem 90—175 manu multo etiam antiquiori, quod tum ex pallido atramenti, tum ex flavo chartarum colore apparet. Has igitur vetustissimi exempli reliquias, quae quidem optime conservatae sunt, Jaqūb*us* ille supplevit, describendo ex alio Codice paginas, quae utrimque bene multae deërant. Idem in pag. 34 hunc titulum libro praefixit: كتاب التَّوْطِئَة تاليف الشيخ الفاضل العالم العلّامة ابى اسحق ابرهيم ابن فَرَج ابن ماروث رحمه الله تعالى. Ipsius vero hoc est initium: كتاب التوطئة فى نحو اللغة العبرانيّة تاليف الشيخ الحكيم الفاضل ابى اسحق ابرهيم ابن فرج

ابن ماروث رحمه الله تعالى وهو يشتمل على اربعة عشر بابا ما يَبين الباب الاوّل فى أقسام الكلام وحدّ كلّ واحد من اقسامه وعلامات كل واحد من تلك الاقسام الباب الثانى فى ذكر الأسماء الباب الثالث فى ذكر الاسماء الظاهرة الباب الرابع فى الاسماء التى ليسْت بظاهرة الباب الخامس فى الاسماء المُضافة الباب السادس فى الاسماء المشتقّة من الأفعال الباب السابع فى اقسام الفعل الباب الثامن فى الفعل الخفيف الباب التاسع فى الفعل الثّقيل الباب العاشر فى الانفعال الباب الحادى عشر فى الافتعال الباب الثانى عشر فى فعل الأمر الباب الثالث عشر فى لزوم الأفعال وتعدّيها الباب الرابع عشر فى الحُروف. Ex hoc capitum elencho universa argumenti tractandi ratio satis cognoscitur, et simul manifestum est, 'Ilazar*em* istum, Fīnahas*i* filium, in suâ epitome capita 2—6 et 7—13 in *duo* contraxisse, ex primo autem brevissimam illam المقدّمة excerpsisse. Quamplurima exempla Hebraea, eodem, quo supra dixi, modo scripta, etiam hîc Arabicae disputationi interposita sunt: cujus ut unum certe specimen Lectori hîc exstet, *secundum* caput tradam, quod (excepto 11°) omnium minimum est:

الباب الثانى فى ذكر الاسماء اعْلم انّ الاسم ينقسم الى قسمَيْن ظاهر وغير ظاهر فالظاهرُ ما دلّ بظاهره على المعنى المُراد به من غير ان يفتقر فى الدلالة الى مُعين مثل אִישׁ الدالّ على حيوان ناطق ومثل סוּס

الدالّ بظاهره على حيوان صَهّال وكلٌّ واحد منهما غير
مفتقر الى ما يَسْتعين به فى الدلالة على مدلوله لا
متقدّما عليه ولا متأخّرا عنه واما القسم الآخر من
الاسماء وهو الذى ليس بظاهر فهو ما افتقر فى الدلالة
على مدلوله الى اسم ظاهر وليس هو دال (l. دالًّا)
بظاهره على مدلوله مثل הִיא׳ וְהוּא׳ فانّ كلّ واحد منهما
تشتهه (تَشْتبه .l) دلالتُه ما لم يَسْتندْ الى اسم ظاهر
فانّ قولنا הוּא׳ يُمْكن ان يَدلّ على انسان ويمكن ان
يدلّ على جَبَل [a] ويمكن ان يدلّ على بيت وغير ذلك
وكذلك قولنا הִיא׳ يمكن ان يُعْنَى به الى امراة ويمكن
ان يعنى به الى مدينة او الى غير ذلك ممّا يكون
فيه من الاسماء مشتبهة (المشتبهة .l) الدلالة متى
عَدِمت اسم ظاهر (اسمًا ظاهرًا .l) تعود عليه الا ترى
قول الكتاب العزيز הֲלֹא׳ הוּא׳ אָמַר׳ לִי׳ אֲחוֹתִי׳ [b]
הִיא׳ [c] لم يَدلّ فيه لفظُه هو (l. هوا , i. e. הוּא) الّا
بعَوْدتها على ابرهيم وكذلك قوله וְהִיא׳ גַם׳ [d]

---

a) Sic non dubito auctorem scripsisse: in Cod. legitur جُبل.

b) In Cod. pro אחותי׳ (per breviationem, cujus complura hîc exempla offendi, praesertim in fine versuum, ubi angustius supererat spatium) tantum אחו׳ scriptum est; et similiter in verbis statim sequentibus אמ׳ pro אמרה׳.

c) Conf. Gen. XX: 5.

d) In ipso Codice Hebraeo (l. l.) hîc post גַם recte הִיא (הוא) repetitum est.

אָמְרָה׳ אָחִי׳ הוּא׳ لم يَدلّ فيه لفظه هيا (הִ״א) الّا باسنادها (بآستنادها l.) الى שָׂרָה׳ وعلى هذا المثال يكون سائر ما فى هذا القسم من الاسماء فقد اتيْنا على أَقْسام الاسمِ الاوّل (الأُولِ l.) فَلْناخذْ فى تقسيم كل واحد من هذه الاقسام الى ان ينتهى (نَنْتهى l.) الى اقسامه الاواخِر بعد ان نُفْرِد لكلّ قسم منها بابًا واللهُ الموفّق. In fine libri scriba sequentia adjecit: تمّ ذلك الكتاب المبارك المسمى توطئة شمسِ الحُكَماء بعون الله — وحسن توفيقه فى نهار الاربعاء المبارك رابع وعشرين شهر رمضان المعظّم قدرُه سنة سبعة وثمانين وثمانمائة — وذلك على يد العبد الفقير الى الله تعالى الراجى لطف ربّه ورحمته وغفرانه المملوك يعقوب ابن محاسن ابن عبد الله ابن محاسن الرئيسىّ السامرىّ الاسرائيلىّ الموسوىّ[a] المذهبِ الدمشقىّ غفر الله له الخ. Unde ergo apparet, hujus operis exemplum jam fere tribus annis et dimidio ante eum libellum, qui nunc primum in Codice locum tenet, ab illo absolutum fuisse. Quod ad ipsum vero auctorem ejusque aetatem attinet, ut vel e solis illis antiquissimae scri-

---

a) Etiam hîc per errorem الدمشقى scriptum est. Reverâ tamen eum الموسوى voluisse, apparet e subscriptione libelli ultimi, in quâ (p. 319) legitur: يعقوب بن — محاسن السامرى الريسى اليوسفى النسبِ الموسوى المذهبِ.

plurae paginis abunde constaret, maximum temporis intervallum inter hunc et scribam hujus Codicis interjectum fuisse, ita eandem tamen rem etiam certius probari et multo pressius definiri posse, eo majoris momenti est, quod nullum aliud hujus singularis libri vestigium se mihi obtulit. Nimirum 'Ibn-'abī-'Oçaibi'a in eo capite operis عيون الأنباء فى طبقات الأطبّاء, in quo de Medico Samaritano, مهذّب الدين يوسف بن ابى سعيد بن خلف [a], exposuit, sequentia scripsit (Cod. Leid. 59 fol. 71 rect. et 161 vers.): وقرأ (مهذّب الدين) صناعةَ الطبّ على الحكيم ابراهيم السامرىّ المعروف بشمس الحُكَماء وكان هذا شمسُ الحكماء فى خدمة الملك الناصر صلاح الدين يوسف. Hinc igitur discimus, *Abū-Ishāq*um illum *Ibrāhīm*um magni nominis Medicum fuisse, qui tempore Çalāho'*d*dīni (i. e. posteriori parte saeculi Ar. 6[i]) vixerit et in ipsius aulâ eam artem exercuerit. — 3[us] libellus, a p. 202—220, duodecim capitulis constat, in quibus totidem canones grammatici sunt traditi, qui in legendo sacro textu Hebraeo necessario observandi, scriptoris aetate a multis negligebantur. Librarius hoc eum titulo instruxit: قوانين المقرا (מִקְרָא) تاليف الشيخ السّديد ابى سعيد رحمه الله تعالى ورضى عنه ونوّر ضريحه امين امين يا ربّ العالمين. Ipse vero sic incipit: قال الشيخ العامل العالم القدوة الزاهد السديد ابو سعيد

a) Quod caput apud Nicoll*ium* (l. l. p. 136 b.) est XV. 39. Mortuus autem est vir ille Damasci, anno 624: conf. Hāgī-Cal. edit. Flüg. II. p. 463.

رحمه الله ورضى عنه وارضاه الحمد لله على الاعانه• واساله الهداية الى الابانه• وبعدُ فانّنى رايتُ ان ارتّب قوانينًا (sic) بصحّة المقرا لمّا وجدتّه من الخُلْف بين اصحابنا كثّرهم اللهُ وألْهمهم الى طاعته فيه بحَيْثُ ان أُقيم على ذلك براهينًا (sic) لا يَسَعُ العُقلاءَ العدولُ عنها والله اعلم• Per nominis ergo similitudinem satis certum videtur, hujus libelli auctorem non alium esse, quam notissimum illum ابو سَعيد السامرىّ, quem vulgo putant posteriori parte saeculi p. C. N. 11[i] (Ar. 5[i]) vixisse, quique in gratiam popularium suorum novam versionem Arabicam Pentateuchi confecit (1). *Septimum* capitulum, quod brevissimum est, pro exemplo describam (Hebraea autem hîc quoque, ut porro in toto Codice, *Samaritanis* litteris expressa sunt): قانون سابع الفعل الماضى اذا كان اوّله هاءً مكسورة فى النُّطْق مثل הֵשִׁיב׳ הֵקִים׳ הֵנִיר׳ הֵבִיא׳ يجب ان تكون حروف الاستقبال منه مفتوحةً[a] فى النُّطْق مثل יָשִׁיב׳ יָקִים׳ יָנִיר׳ יָבִיא׳ الفرق (لانّ الفرقَ, sive فانّ الفرقَ .l) بين الماضى والمستقبل فى النطق على ما هو فى المعنى والكِتابة وكثيرًا ما

---

(1) De quâ nuperrime etiam egit Juynboll*ius* in *Orient.* Vol. II. p. 115 seqq. Creditur hanc versionem fecisse circa annum 1070.

a) Pro uno مفتوحة, quod loci ratio postulat, in Cod. legitur: مكسورة مفتوحة بها. Videtur librarius per errorem مكسورة scripsisse, statim vero hunc errorem agnoscens, addidisse· مفتوحة *pro eo* (*substituas*).

يقع التصحيف من العَوَامّ فى ذلك فيقرّون (فيَقْرُون .1) الجميعَ بصِيغة الماضى مع وُضوح المعنى فى ذلك واتّفاق النُّسَخ بأَسْرِها والله اعلم. In fine opusculi Ja:qūbus ille haec rursus annotavit: تمّت قوانين المقرا بعون الله ولطفه فى نهار الخميس المبارك سادس شهر جمادى الاخر عندنا سنة ثمان وثمانين وثمان مائة على يد الخ. — 4° loco, a p. 223—264, libellus offertur *dogmatici* argumenti, cui a Codicis scribâ titulus non praefixus est. Sic incipit: قال الشيخ الفاضل الحكيم موفّق الدين صَدَقة الاسرائيليّ رضى الله عنه امين الحمد لله الواحد الحقّ القَدير العَليم، الذى وُجودُه قَديم وجُودُه عَميم، ---- وبعدُ فقد سألنى مَنْ يَلْزمنى قبولُ سؤاله، ومَنْ يجب علىّ مساعَدتُه فى جميع أَحْواله، أَنْ أَجْمع عَقيدَةَ هذا الدّين على الوجه الحقّ اليَقين، ليَعْتصم بحَبْله المَتين على مَمرّ الدهور والسّنين، فأجبتُه الى الجواب عن السؤال، والله تعالى هو المؤيّد برحمته والموصّل الى المَنال، فقلت انّ التّوْحيد قد ورَد فى الكتاب الالهىّ فى مواضعَ عَديدة اوّلها قوله تعالى לֹא׳ יִהְיֶה׳ לְךָ׳ אֱלֹהִים׳ אֲחֵרִים׳ עַל׳ פָּנָי׳ [a] الخ. Pergit auctor in sequentibus doctrinam religionis, quae ad Dei hominisque

a) Conf. Exod. XX: 3.

naturam et ad cultum Illi debitum spectat, e Pentateucho colligere, et singillatim disputando enucleare. Quo autem tempore vixerit, itidem constat ex ʾIbn-ʾabī-ʿOçaibiʿae opere, qui peculiari capite de illo egit (1), et nomen ejus scripsit صدقة بن منجا ابن صدقة السامرى. Apparet inde, in arte medicâ eum valde excelluisse, ac ministrasse Principi ʾal-Malico-'l-Ăšrafo, filio ʾal-Malico-'l-Ādili, Çalāḫo'd-dīni fratris; mortuum vero esse Ḫarrāne, brevi post annum 620 (2). Etiam in hujus libelli fine Jaʿqūbus ille suum nomen professus est (3), et temporis notam addidit *diem Jovis, 16um mensis Rabīʿi prioris, a. 893.* — 5us libellus, a p. 265—289, hoc titulo a librario instructus est: مقالة فى مُلَخَّص شرحِ سور

---

(1) Apud Nicoll*ium* I. I. XV. 38; Cod. Leid. 59 fol. 69 r. — 71 r. et 160 r. — 161 v. Conf. de eodem De-Rossii *Dizionario* p. 160 b. in v. *Sadaka ben Mangia*, et Ḫāgī-Ćal. l. l. II. p. 463.

(2) Inter opera ejus ʾIbn-ʾabī-ʿOçaibiʿa, in fine illius capitis, duo commemorat, quorum argumentum cum argumento hujus libelli valde convenit, nempe مقالة فى التوحيد وسَمها بكتاب الكَنْز فى الفَوْز, et كتاب الاعتقاد. Dubitari posset, an non posterius hoc ipsum sit opusculum: prius ob expressum titulum, quo hoc plane caret, magis certum videtur diversum esse.

(3) Et ex hoc quidem loco apparet, eum *sibimet ipsi* hunc Codicem descripsisse (على يد كاتبه لنفسه الخ). Idem in fine 5i libelli legitur; ac similiter in fine ultimi: على يد مُسطّره لنفسه الخ. Caeterum, ut in subscriptione 2i, 3i, 5i et ultimi, libelli sese الرّيِّسى appellavit, ita hic proavum suum محاسن (in fine autem 1i libelli avum suum عبد الله) ابن الرّيّس vocavit.

بَلَق أَمْلاء الْمُعَلِّم غَزَّال ابن الدويك, i. e. *tractatus quo continetur compendiosa explicatio pericopes* (1) *de Balaqo*, *dictatus a Doctore Gazāle* ابن الدويك. Aetas hujus viri, quem nusquam alibi commemoratum inveni, mihi plane ignota est, nec definire etiam possum, quomodo nomen illud patris pronuntiandum sit: quarta ejus littera non ita quidem manifesto in Codice scripta est, ut primo adspectu non dubites, utrum و an ر sit; at alios tamen locos conferenti mihi plane constitit, reverâ *illam* a scribâ expressam fuisse. Si *Arabicum* nomen est, ex ipsâ hac linguâ explicandum, rationem illius nequaquam perspicio (nam certe a دِيكٌ, *gallus*, pro deminutivâ formâ non دُوَيْكٌ, sed دُيَيْكٌ, ducendum fuit); sed si *peregrinae* originis est et tantum formâ tenus ad Arabici sermonis legem exactum, الدُّوَيْك pronuntiari et referri poterit ad vocabulum

(1) Vocabulum سور, cujus primae litterae in Cod. fatḥa inscripta est, mihi non aliter quam سُوَر pronuntiari posse videtur. Ac puto ex hoc loco efficiendum esse, Samaritanos *minora* illa Pentateuchi sui *segmenta*, quae ipsi quidem קִצִּין vocarent (conf. Bertholdt*i* *Einleit.* II. p. 480), si *Arabice* scriberent, سُوَر dixisse, nomine sumto ab 'al-Qor'ān*i* Capitibus. Ut vero hodie ex nostrâ divisione pericope ista de Balaq*o* *tria* Capita complet (Num. XXII — XXIV), ita mirum esse non potest, si apud Samaritanos quoque plusquam uno segmento constiterit, et propterea hîc plurale سُوَر, non singulare سُورة, scriptum sit. In Cod. Leidensi Pentateuchi Samaritani (n. 6) perparva segmenta, vacuis tantum spatiis a se invicem distincta, se offerunt.

دُوكٌ, quod sit Talmudicum דּוּךְ, Latinum *dux* (conf. de usu illius vocis Buxtorfii *Lex. Chald. Talm. et Rabb.* p. 509). Initium libelli hoc est : الحمد لله الدائم القادر القديم الذى اقتضى النَّظَرَ فى بَدائعِ صَنْعه والاقْرارَ بوَحْدانيّته، لايجاده عوالمَه تودّى (a يُودّى l.) الى معرفته وآخْتلافِ شَكْلها ووَضْعها تدل (يَدلّ l.) على آخْتياره ومَشيّته، وعجائبِ آثارها تدلّ على قِدَمه وعلى أنّها مفعولة بارادته، وايجادهم بعد العَدَم نِعْمةً وخَلْقهم رحمةً تدعو (يدعو l.) الى عبادته، الخ. Totus autem, ut ex titulo jam liquet, in eâ Pentateuchi parte explicandâ versatur, quae de Balaq*i*, Moabitarum Regis, et Bilam*i* historiâ agit: quam auctor non modo illustrare, sed etiam in lectoris utilitatem convertere studuit. Ad finem hujus opusculi rursus nomen suum scriba expressit, diemque notavit *Veneris, 21um mensis Ġomādāae prioris, a. 893.* Tum haec quoque addidit: وسطّرها براس العين بمدينة بعلبكّ المحروسة فى خدمة الوالد والشيخ الصفيّ مسَلم ابن المرحوم العمر صدقة بن ابو (ابى l.) الفتح والاخ يوسف ابن المرحوم العمر رشيد بن رميح والاخ غنائم ابن b العمر ابرهيم بن غنائم العصافى ونَسْال الله تعالى اللطفَ والمسامَحة. Ex quibus verbis igitur

---

a) Referendum enim hoc verbum est ad superius nomen ايجاده, non ad عوالمه. Sensus est: (*eam ob causam id poscens*) *quod sua mundi creatio* (*homines*) *ad Ipsum cognoscendum adducit, et quod diversitas* caet.

b) Hic sine dubio per errorem omisit المرحوم ; formula

apparet, cum hunc certe libellum (reliquos enim, exceptâ sequenti paginâ, ubi scripserit, non annotavit (1)), exarasse in vico رأس العَيْن, prope Heliopolin sito; et quidem, cum eo venisset salutatum patrem suum et tres alios viros, quorum unum honorifico Šeiki nomine appellat, alteros *fratres* dicit i. e. *amicos fratrum instar dilectos* (2). — 6° loco commemorandum est breve *excerptum*, quod ejusdem scribae manu hîc positum est et unam tantum paginam (290) complet. Integrum illud tradam (vocalibus, quae quidem certae sunt, additis), ut porro Lectori ipsi de historico ejus pretio judicandi copia sit:

حكاية منقولة من المبسوط العِبْرانىّ [a]

---

autem dicendi المَرْحُوم العُمْرِ idem significare videtur quod simplex المرحوم, nempe *defunctum*.

(1) Fortasse *Damasci*, ubi sedem eum habuisse, ex nomine relativo الدمشقى, quo se in subscriptione 1ⁱ, 4ⁱ et hujus etiam libelli insignivit, sequi videtur.

(2) Facile enim e diversitate stemmatum vides, illud الاخ non *proprio* sensu hîc accipiendum esse. Nec dubitabis, credo, *visitandi* notionem τῷ فى خدمة subjici posse, cum suetissima sit locutio وصل الى خدمته, *honoris causâ eum visitatum venit*.

a) Manifestum est, nomine المبسوط العبرانى ipsum opus significari, ex quo brevis qui sequitur locus sumtus sit. Ex Arabum loquendi usu titulus المَبْسُوط tali scripto tribuitur, in quo res de quibus agitur singillatim et enucleate sunt expositae (conf. Ḫāgī-Ćal. in ipsâ voce, et Abū'lf. *Ann. Mosl.* II. p. 596 vs. 13 et III. p. 8 vs. 3); ac verisimile ergo videtur, hîc istiusmodi opus, nescio an historici argumenti, cogitandum esse, quod, *Hebraïce* scriptum, tempore illius Jaqūbi ferretur.

וַיְהִי אַחֲרֵי גלוּתָם [a] מִן גָלוּתָם וְקוּמוּתָם [b]
בִמְקֹמוֹתָם נָתַן *עבד אֵל [c] הַכֹּהֵן הַגָּדוֹל אֶת
בְנוֹ לְסַנְבַלַּט חֹתְנוֹ כִּי הָיָה בְדַד עֶרְתּוֹ [d] בְחָכְמָתוֹ
וְדַעְתּוֹ וַיֹּאמֶר אֵלָיו לַמֵּד אֹתוֹ וְעַל השוח [e] הַכֵּי
אֹתוֹ וְהָאֱלֹהִים יְלַמֵּד אֹתוֹ תוֹרוֹתוֹ וְיִסְעַד אֹתוֹ

تم وكمل

كُتب ذلك فى الوقت المذكور فيه [f] والمكان المذكور
على يد العبد الفقير الراجى من كرم ربّه غفران الخطايا
والذنوب يعقوب المذكور فيه [f] نَسْأل من الله تعالى
العفوا (العفوَ .l) والغفران والمسامحة امين ☆

---

a) Verbo גלה hìc generalis notio *migrandi*, *abeundi*, subjecta est.

b) Mira haec forma est, cujus rationem non perspicio. Exspectasses וְקוּמָם.

c) Hoc nomen, quo nusquam alibi primum illum Samaritanorum Sacerdotem Summum, Sanballat*i* generum (a Josepho, *Archaeol.* XI. 7 et 8, *Manassem* dictum), appellatum inveni, definire non audeo, utrum עֶבֶד אֵל an עֹבֵד אֵל pronuntiandum sit. In Jeremiae libro (XXXVI: 26) nomen proprium עַבְדְּאֵל (unâ voce scriptum) occurrit.

d) Si solius etymologiae rationem haberes, de pronuntiatione et sanitate hujus formae (עֶדְתּוֹ) dubitari non posset. Ex usu tamen linguae unice עִתּוֹ requiritur.

e) Hoc vocabulum non intelligo. Samaritanae, quibus in Cod. scriptum est, litterae manifesto eae sunt, quas in textu expressi. Si bene se habet, certe admodum singulare et insuetum est.

f) Nempe *in hoc Codice*, et quidem *in superiori ejus paginâ* (vid. p. 60 vs. 14 seqq.).

7° loco parvus se offert tractatus duarum paginarum (292 seq.), cujus hoc est initium: مقالة للشيخ الفاضل الرئيس السّديد ابو (l. ابى) سعيد رضى الله عنه فى قوله تعالى וַיִּזְבַּח׳ זְבָחִים׳ לֵאלֹהֵי׳ אָבִיו׳ ״[a]. انّه خاف من اربعة اشياء عند انّحداره الى مصر لقوله אַל׳ תִּירָא׳ מר״[a]׳ מִצְרַיְמָה׳ فآمنه اللهُ منها الخ. Certum ergo videtur, auctorem hîc indicatum, esse eundem illum ابو سعيد السامرى, de quo supra ad n. 3 jam dixi. Argumentum vero hujus minutae scriptionis in eo versatur, ut causae explicentur, tum quae Jacobo, ad Josephum in Aegyptum tendenti, ex Genes. l. l., tum etiam, quae Abrahamo, post devictos quinque Reges illos societate inter se conjunctos, ex Genes. XV: 1, metum incusserint. In ejus fine scriba, quem eundem esse apparet ac praecedentium libellorum, nihil aliud quam تم وكمل posuit. — 8^{um} locum tenet similis tractatus, itidem duarum paginarum (294 seq.), qui videtur quidem eidem scribae non abjudicandus esse, sed ita tamen exaratus est, ut et Arabicae litterae minus distincte et composite quam in superioribus libellis se habeant, et praesertim Samaritanae per festinatum ductum figuram haud parum diversam nactae sint. Sic incipit: مقالة فى تفسير الامْتحانات وهى خمسة عشر وما منها تَجَلَّى فيها הַכָּבוֹד׳ وما منها لم يَحْصُلْ فيها تَجَلَّى حَسْبَ ما دلّتْ عليه نُصُوصُ الشّريعة[b] المُوسَويّة

a) Conf. supra p. 53 ann. *b*. Verba autem hîc et in sequentibus citata, exstant Gen. XLVI: 1, 3.
b) Haec vox in Cod. bis scripta est.

اولها قول בְּנֵי ישר״ לְמֹשֶׁה וּלְאַהֲרֹן יֵרֶאה [a] יה״ עֲלֵיכֶם וְיִשְׁפֹּט אֲשֶׁר הִבְאַשְׁתֶּם אֶת רֵיחֵנוּ [b] الثانى الخ. Pergit in sequentibus, locos illos quindecim e libris Exodi et Numerorum citare, in quibus Israëlitae scelestis querelis suis et injustis in Mosen atque Aäronem conjectis opprobriis Deum tentassent (امتحنوا), simul addens, in quibus ex his locis הַכָּבוֹד, *majestas divina*, se eâ opportunitate manifestasse (تَجَلَّى) legeretur. Quis auctor hujus scriptionis sit, nec in initio nec in fine annotatum est. Desinit in haec verba: وهذا ما أنتهى المَطْلَب اليه فى هذا الباب; quibus scriba nihil adjecit. — 9° loco commemorandus est alius tractatus, qui nunc in p. 297 seq. offenditur, sed a manu profectus est aliquanto recentiori et a Ja:qūbi illius mirum quam diversâ. Arabica scriptura talis est, qualis vulgo se offert in annotationibus illis, quibus prima et ultima multorum Codicum folia repleta sunt, hoc est, perplexa lectuque difficillima. Samaritanae tamen litterae paullo distinctius scriptae sunt. Sine dubio veteri cuiquam hujus Codicis possessori debetur, qui sic e paginis quae vacuae relictae fuerant, duas in suum usum convertit (1).

---

a) In ipso Codice Hebraeo hic forma breviata ירא offertur.

b) Conf. Exod. V: 21.

(1) Reliqua, recentioribus manibus Arabice scripta, tum in duobus primis et ultimis foliis, tum in pp. 33—35, aut eorum nomina exhibent qui in legendo hoc Codice operam posuerunt, aut alia diversa, memoriae causâ hic annotata, continent. Cujus posterioris generis etiam ea sunt, quibus *Ja:qūbus ipse* paginam 36, prius a se vacuam relictam, deinde implevit.

Quod ad argumentum vero attinet, proponitur in illo una et altera quaestio, cum Pentateuchi interpretatione conjuncta, et simul responsum, quo eae solvantur, adjicitur. Initium hoc est: مسائل من الكتاب الشريف الأُولَى قوله تعالى וְאוּרֶיךָ׃ לְאִישׁ׃ הסירך׃[a] بمعنَى أنّ السيّد هارون اشرف سِبْطِ לֵוִי׃ لانّ الله عظّمه بالمُعْجِزات بعد موسى اخوه (اخيه .l) فانْ قيل قد وقَع منه تَفْرِيطٌ وكان منه[b] زَلّةٌ فى يومِ العِجْل الجوابُ انّه كان مُتحيّرًا ومُضْطَرًّا لا مُرِيدًا ومُخْتارًا الخ. De auctoris nomine nihil proditum, nec quidquam de se ipso a scribâ annotatum est. — *Ultimus* denique libellus, qui pp. 304—319 complectitur, hoc titulo, Ja'qūbi manu praefixo, instructus est: كتاب التَّوْبة تاليف الشيخ الفاضل المكين ابى الحسن ابن غنائم بن الحكيم النفيس ابن كثار رضى الله عنه امين. Et ipse sic incipit: الحمد لله التوّاب الكريم، الغفور الرحمن (الرحيم، adde) خالق أَمَاكِنَ مُعدّها (مُعَدَّة .l) لأَهْل الثَّوَاب، المتواعد للعُصَاة بمَزِيدِ العِقَاب، قابِلِ تَوْبةِ التائبين، وغافِرِ ذنوبِ المُذْنبين، - - - قال الشيخ العالم الفاضل المَكِين ابى (ابو .l) الحسن ابن المرحوم غنائم بن الشيخ العلّامة الفاضل

a) Sic in Cod. scriptum est, et in edito quoque Pentat. Samar. offertur. In textu Hebraeo legitur חֲסִידֶךָ. Locus citatus est Deut. XXXIII: 8.

b) Haec vox bis scripta est in Cod.

الحكيم النّفيس ابن ابو (ابن ابى; et delendum videtur ابى .l)
الفَرَج ابن كثار رضى الله عنه أمّا بعد فانّه قصدنى
بعضُ الاخوان أنْ ألخّص له ما ورد فى الشريعة المقدّسة
من معنى التّوبة وما ذكروه ª السّلف رضى الله عنهم
فى معنى ذلك فما وَسِعَ العبدَ مخالفته وأتّكلتُ على
الله فى اجابته الخ. Ex his verbis propositum auctoris, quod in hoc libello exsecutus est, plene cognoscitur: collegit enim in illo eos Pentateuchi locos, qui ad poenitentiam morumque emendationem spectant, et passim suae de his disputationi aliorum e popularibus suis de eodem argumento dicta inseruit. Nomen ejus aliunde mihi non notum est; nec etiam nomen avi ejus, ابن كُثّار (alterutro enim modo pronuntiandum videtur), inter Medicos, ab 'Ibn-'abī-'Oçaibi:â commemoratos, aut in Wüstenfeld*ii* libro *Gesch. der Arab. Aerzte*, notatum reperi. De aetate ejus nihil certi quoque ex ipso hoc opusculo comperi, quum auctores, quorum verba descripsit, duobus tantum exceptis, mihi aeque ignoti sint. Eorum tamen nomina hîc tradam, ut Lector ipse videat, qui inde lucrari possit. In p. MS. 309 citatus est الشيخ الامام العالم العلامة الحكيم منجّا ابن الشاعر رضى الله عنه شارح الكتاب الشريف البسيط

---

a) In margine eâdem manu adscriptum est et *hîc* inseri jubetur السادة. Quod si bene se habet, السادة السلف ita per appositionem inter se juncta sunt, ut posterius vice adjectivi fungatur (*viri* e gente nostrâ *summi qui olim vixerunt*).

سيّدنا الشيخ الامام in p. 310 ; والوسيط والوجيز [a]
العلامة الحكيم موفّق الدين ابن الجَهْبَذ (1); in
p. 314 الشيخ الامام القُدْوة الحافظ أَمين الدين ابو
الشيخ in p. 315 ;(2) البركات المعروف بابن حكيمه
الشيخ الامام العلامة in p. 317 ;(3) السّديد ابو سَعيد
الشيخ in p. 318 ابو الحسن الصُّورى (4); ac denique

---

a) Verba illa شارحُ الكتابِ الشّريفِ البَسيطُ الخ idem significare videntur, acsi scriptum esset مُولّفُ الشرحِ البسيط — للكتاب الشريف, *auctor trium Commentariorum in Pentateuchum, unius amplissimi, alterius mediae magnitudinis, tertii magis etiam in compendium redacti.* — Liber ejus, ex quo ibi locus descriptus est, hoc titulo insignitur: كتاب الخُلْف المعروف بمَسائل الخلَاف.

(1) Titulus ibi laudati operis est فرائض الشريعة المقدّسة. — Videtur autem hic Mowaffiqo'*d*dīn ·ibno-'l-Ġahbad diversus esse a Medico celebratissimo موفّق الدين ابو يوسف يعقوب ابن ابى اسحق غنائم الدمشقى السامرى, de quo egit 'Ibn-·abī-'Oçaibi·a (MS. Leid. 59 fol. 95 et 179 v.), et Abū-'l-Farag in *Hist. Dyn.* p. 525; conf. Wüstenf. l. l. p. 144 n. 239.

(2) Cujus citatur شرح العَشْر كَلمات الشريفة. — Vocem حكيمه ita edidi ut in Cod. scripta est, ultimâ litterâ punctis vacuâ. Haud certo enim scio, an ابن حَكيمة legendum sit.

(3) Vide supra ad n. 3 et 7. Verba, illic citata, sumta sunt e scholiis ejus in Decalogum.

(4) Cujus quae ibi citantur *Hebraica* verba, exstare leguntur

غزال ابن درثّا (1). Librarius huic quoque libello absoluto longiorem annotationem subjecit, in quâ diem finitae scriptionis ejus indicavit *Martis*, 27um *mensis Ḍū'l-ḫiggae*, *a.* 892 (2), et porro nomen et genus suum rursus copiose retulit.

Pretiotissimum hunc Codicem jam ante Willme*tum* et Walraven*um* ab hominibus Batavis possessum fuisse, apparet ex his verbis, quae in primâ ipsius paginâ scripta sunt: *Ex Libris Cnaei Cornelii Uythage S. S. T. D. Anno Christi* 1680. 27 *Maji.* Et ejusdem, ni fallor, Uythage*i* manus, sed festinantior et multo minus nitida, per totum Codicem in plurimis paginis se offert: in aliis enim vocabula Hebraea, quae in textu Samaritanis litteris expressa sunt, modo Hebraeis et modo Rabbinicis notis repetita, in aliis haec eadem aut ipsa Arabica verba nunc Graece nunc Latine explicata sunt. Quâ denique manu etiam *quarto* libello, in cujus fronte librarius ipse nullum titulum posuerat (vide supra p. 57 vs. 8 seq.), haec *Latina* inscriptio in p. 222 praefixa est: *Modus cognoscendi Dei* ' *rationibus et scripturis divinis. Lingua prima i. e. Samaritana, quae primum Hebraica dicta est, explicatus aliquot in locis, lingua vero Punica*

فى صلاته الصّغيرة فى السّجْدة الخامسة. Hic vero Abū-'l-Ḫasan Tyrius (qui ante Abū-Saïd*um* vixit: conf. Juynboll l. l. p. 117 seq.) notissimus scriptor est magni operis dogmatici, de quo vide Nicoll*ium* l. l. p. 3 b. seq. et 490 b., ac Gesenium *de Samaritan. Theol.* p. 10 et *Carm. Samar.* p. 13 ann. *g.*

(1) Hujus etiam adducta sunt verba e *precatione* sumta, sed *Samaritanâ.*

(2) Longe igitur abest, ut qui diversa haec opuscula in unum hoc volumen conjunxerit, temporis ordinem observaverit, quo a scribâ exarata fuissent. Hujus enim rei si rationem habuisset, sic ea inter se disposuisset: 2um, 3um, 1um, 10um, 4um, 5um, 6um (7um, 8um, quibus nota non addita est).

expositus. Opus plane absolutum authoritate et ratione docens.

N. XXVIII.

(Ex Willm. Cat. n. 122, p. 20. Ab hoc emtus est e bibl. Brui*nii* (n. 73), qui eum comparaverat e bibl. Willemsen*i*, in cujus Catal. (n. 1824, p. 167) junctus erat cum aliis.)

Liber in 4°, 6 paginarum, ligaturâ chartaceâ bene compactus. Continet apographon G. J. Lettii, a° 1746 descriptum e Cod. Lugd. Bat. 121 (3) (cf. Dozy *Catal.* I, p. 22 sq.) (1), quodque igitur *ibn Doraid*i (+ 321) libellum, كتاب المقصور والممدود نظما dictum, nobis exhibet. Textus hujus apographi, non ab omni parte integer, scholia aut excerpta offert, aut prorsus iis caret.

N. XXIX.

(Ex Willm. Cat. n. 123, p. 20. Ab hoc emtus est e bibl. J. P. Berg*ii*, cujus vide Catal. p. 438 n. 6836.)

Liber in 4° maj., 9 paginarum, nitidâ manu scriptus et bene compactus Orientalem in modum. Est alterum apographon ejusdem operis, sed longe me-

---

(1) In initio hujus libelli Willmet annotavit, hoc apographon descriptum esse ex alio Cod. Lugd. Bat. quam e quo suum descripsit cl. Berg (vid. N. seq.). Hoc apparere perhibet tum ex omnibus fere scholiis, tum praesertim ex scholio ad vs. ultimum, quod in utroque apographo plane diversum est. Sed scholia, in n. 122 rarissima et decurtata, ceteroquin prorsus eadem sunt atque ea, quae in n. 123 leguntur; quod praeterea scholion ducebat ad vs. ult., non scholion sed ultimus carminis versus est. Pagina denique prima apographi nostri, seriem virorum doctorum exhibens, luculenter docet, Cod. L. B. 121 (3) in usum adhibitum esse.

lius, quod J. P. Berg ex eodem Cod. Lugd. Bat. descripsit. Omnia scholia hîc offeruntur, quae in Codice exstant.

B. Lexica, vocabularia, dialogi.

N. XXX.

(Ex Willm. Cat. n. 71, p. 13. Ab hoc emtus est e bibl. E. Scheidii, cujus vide Cat., p. 87 sq n. 6.)

Quatuor volumina, quae majorem partem Lexici notissimi *al-Ǵauharī* (+ circa annum 400), الصحاح فى اللغة dicti, exhibent. Omnia charact. نسخى scripta sunt; quum vero horum Codicum aetas, manus et forma inter se differant, paucis de singulis exponam.

Vol. Ium. Cod. in 8°, paginarum 915, bene compactus, annoque 582 scriptus manu satis distinctâ. Continet *duas* partes priores Lexici, scilicet litteras ا — ح. In margine notae, in textu vocales adscriptae sunt. Praeterea littera ا et partim etiam littera ب, sine dubio a Scheidio, cum Cod. nostro Lugd. Bat. 85 (v. Dozy *Cat.* I, p. 67) collatae sunt.

Vol. IIum. Cod. in 4°, foliorum 232, anno 748 manu valde perspicuâ scriptus. In margine exteriore legitur المجلد الثالث من الجوهرى, in folio autem 1° r. haec verba exstant, manum adulteratoris feliciter elapsa: الجزء الرابع من كتاب . . . . ., quod verosimilius duco. Vocales additae sunt uti et notae aliquot marginales. Hic Codex complectitur litteras ص — ف et litteram ق usque ad vocem شيق, ita ut vox صدق sequi deberet.

Fol. 231v. — 232v. adjicitur aliâ manu disputatio de genere masculino et feminino, quae sic incipit:

ليس يجرى امر المذكر والمؤنث على قياس مطرد الخ. Vocabula usque ad litteram ع recensentur ordine alphabetico.

Vol. III[um]. Cod. in 4° min., foliorum 351, anno 682 manu nitidâ scriptus a محمد بن ابى بكر ابن اسمعيل الانصارى et bene compactus. Quota pars totius operis volumen nostrum sit, ex subscriptione apparet; in titulo enim numerus erasus est. Partem *tertiam* exhibet et idem complectitur quod الجزء الثالث in Cod. L. B. 85 Vol. II fol. 1—262, nempe litteras ع — ل. Scholia desiderantur; in fine index adjectus est.

Vol. IV[um]. Cod. in 4°, foliorum 232, a° 659 perspicue scriptus a مُظَفّر بن محمود بن ابى القاسم الأرْدَبيلىّ et bene conservatus. Textus vocalibus instructus est, margini librarius notas inscripsit. Uti subscriptio testatur, partem *nonam* s. ultimam hîc habemus totius operis, radices complectentem ultimâ ا otiosâ, sive ultimâ و aut ى. Initium autem in parte praecedente aderat, haec enim pars incipit a rad. بال et pergit usque ad finem operis.

Haec 4 volumina, quae, volumine II° excepto, antiquitate Cod.[em] Lugd. Bat.[um] 85 longe superant, pretiosissimis sine dubio Codicibus nostrae collectionis annumeranda sunt. Valde dolendum est, partem tam insignem Lexici nostri in iis desiderari; foliorum enim 1048, quibus Cod. L. B. 85 constat, non nisi 606 hîc offeruntur, e quibus folia 131 bis occurrunt (v. Vol. II[um] et III[um]).

N. XXXI.

(Ex Willm. Cat. n. 70, p. 13. Ab hoc emtus est e bibl. Walraveni, in quâ conjunctus erat cum eo

libro, qui in Willm. Cat. est n. 69 p. 13. Hi ambo in Cat. Walrav. sunt n. 26 p. 58.)

Liber in 4°, paginarum 62, chartaceo involucro compactus Orientalem in modum. Est apographon quod, manu mihi ignotâ a° 1750 descriptum e Cod. Lugd. Bat. 85, initium Lexici 'al-Ǵauharī*i* offert usque ad rad. كلأ. In margine pauca eâdem manu annotata reperiuntur.

N. XXXII.

(Ex Willm. Cat. n. 73, p. 14. Ab hoc emtus est e bibl. E. Scheidii, in cujus Catal. est n. 12 in p. 89. Hic anno 1767 eum ex Oriente acceperat.)

Cod. in 4°, formâ oblongâ, foliorum 274, bene ligatus Orientalem in modum. Scriptus est charactere نسخى manu crassiore, sed tamen satis distinctâ. Margo, qui ubique fere scholiis scatet, hîc illîc, praesertim in initio, vermibus corrosus est. Annus, quo scriptus sit, non notatur, sed ex habitu Codicis valde antiqui efficiam, eum seculo H. 7mo scriptum esse. Liber noster exhibet Lexicon c. t. „كتاب الاقناع ، لما حوى تحت القناع“ auctore ابو الفتح ناصر بن عبد السيد المُطَرِّزى النحوى (+ 610; v. ejus vitam ap. 'Ibn-Ċall., ed. Wüst., N° ٧٩٨), conf. Ḫāgī-Ċal. I, p. 384. Ut Lector sciat cum auctoris propositum in hoc libro conficiendo, tum hujus divisionem, totam dabo praefationem, qualis in Codice non sine ullo labore legitur (1). Post initium igitur, cum iis conveniens quae Ḫāgī-Ċal. tradit, auctor mox pergit:

---

(1) Codicem Parisiensem ipse, A°. 1858 aliquamdiu in hac urbe degens, contuli; varietatem lectionum, fere nullam, literâ P. designabo.

وبعد فانّ الولد لا زال فى الدين كاسمه مُظفَّرا ،
وقسطُهُ من اليقين مُوَفَّرا ،، لمّا فرغ من تحَفُّظ القران ،
وشارَف ان (1) يتطرّق الى علوم الاديان ،، اردتُّ ان
يتحلّى بحلية الادب ، ويتعلّى بقوّة كلام العرب ،،
فنظرتُ فيما صَنّف السّلَف ، ورايتُ ما الّف الخَلف ،،
فوَجَدتُّ بعضه يَطُول على (2) قَدّه ، وبعضه يقصُرُ عن
حَدّه ،، فاستخَرْتُ اللهَ سبحانه ان اكتبَ له فى
هذا الفنّ مُختصرًا مُقْنعا ، وفى التبَحّرِ (3) فيه مُطْمِعا ،،
مصُوغًا على قدرِ القامه ، مَسبوكا فى قالب الاستقامه ،،
فعملتُ كتابى هذا عَمَلَ من طب ، لمن حب ،،
مشتملا على (4) الفصوص ، والنُّصوص ، دون (5) المزيَّف
المنقوص ،، حاوِيًا لجميع الاجناس ، راويا لما كثر
فى استعمال الناس ،، مقصودًا فيه ما احتيج اليه فى
كتاب الله ، من تمييزِ الاشْبَاه ، وبيانِ الاشتباه ،،

---

(1) In Lex. Freytag. desideratur V^{a} Sp.

(2) Glossa subscripta: ه suff. i. e. الولد.

(3) P. omittit فيه.

(4) Huic vocabulo subscripta est vox الخيار (Cod. الخمار), uti et sequenti vox المذكورة. Ad فصّ cf. de Sacy *Chrest. Ar.* III, p. 232 (ed. alt.).

(5) Glossa subscripta: i. e. ردى, *pravus*; in P., ubi saepius verba Persice explicantur, adscribitur ناسره.

تحرّيت فيه ما هو (1) اجدى على الصغار والكبار، وأهدى لهم الى الابْصارِ والاستبْصار،، ولم اتجَوَّزْ فى تصحيحه، ولم اتسَمّحْ فى تنقيحه،، ولم أقتَنعْ باثْبَات ما حفظتُ من الأثْبَات،، حتّى راجعتُ قوانينَ الثّقات، معتمدًا على (2) جامع اللغات،، بَعدَ (3) تهذيب الازهرى، وصحاحِ الجوهرى،، مُنتقدا مع ذلك اقوالَ (4) المقَدّمين، مِن المتأخّرين والمتقدّمين،، غيرَ مُلتفتٍ الى ايراد اللّغات الشاذّة الشّارِده، والروايات الفاذّة الفارده،، بل ذكرت ما أطبقوا عليه، أوْ ما اشارَ احسنُهم

(1) Sic Cod., quamquam obscurius. Glossa انفع in utroque Cod.

(2) Subscriptae sunt voces: يعنى الغورى, et item in P.: يعنى جامع غورى. Vir videtur jam in antiquitate parum notus. De eo haec tradit 'al-Kiftî (Cod. Leyd. 654, 3) in v.:

الغُورى منسوب الى الغُور وهو عمل الى جانب مدينة غزنة فيه عدة مدن وقرى لا اعرف من حاله شيأً وانما ذكر لى ياقوت الحموى قال رأيت بمرو فى بعض خزائن وقوفها كتابا كبيرا فى اللغة فى عدة مجلدات من تصنيف الغورى.

(3) Vid. hoc 'al-Azharîi (+ 370) opus apud Ċ. H. II, p. 479, n° ٣٧٨٣. Al-Gauharîi (+ circ. 400) liber notissimus est.

(4) P. habet المتقدمين, uti mox sequitur. Glossator autem utrumque vocabulum sic distinxit, ut prius فى الرتبة, posterius فى الزمان dictum putet.

اختيارًا اليه،، الّا أَشياء فى الاسماء بددا، لم اجدْ لها من الثقات سَنَدا،، اورَدتُّها دَفْعًا للحاجَه، ثُمّ اعلمتُها رَفعًا للّجاجَه،، (1) ووسمتُه بكتاب الاقناع، لما حوى تحتَ القناع،، ما يُقنِعُ الاديبَ (2) ذا الاَرَب، مِن اصولِ مُستعْمَلاتِ العرَب،، وطَوَيْتُه على أَحسنِ سَمْتٍ، وبنيتُه على صورَةِ بيتٍ،، مُؤسَّسًا على اربع قواعدَ موَطَّدَه، مرفوعة كلُّهَا باربعة اركانٍ مشيَّده،، القاعدة الاولى [f. 4 v. — f. 53 r.] فى الاسماء الثانية [f. 53 v. — f. 244 v.] فى الافعال الثالثة [f. 244 v. — f. 249 v.] فى الحروف والرابعة [f. 249 v. — f. 274 v.] فى النحو ثمّ الركن الاول من الاسميّة فى السماء والارض وما يتّصل بهما والثانى (3) فى الحيوانات وما يتعلّق بها والثالث (3) فى الاديانِ وما يُنَاسِبُهَا والرابع فى غَيْرِ المُتَمَكِّنَة وما يشاكلها والركن الاول من الفعليّة فى الثلاثىّ المُجرَّد والثانى فى الرباعىّ المجَرَّد والثالث فى ذَوات الزَّوائد والرابع فى غَيْرِ المتصرّفة وما يَجْرِى مَجرى الادَوات (4) ولم أُخْلِ فيما رتّبتُ من (5) غُرَفِه، وسَوّيتُ من شُرَفِه،، من

(1) P. omittit و.

(2) Glossa: ذا الحاجة.

(3) P. من.

(4) Partem 3am et 4am, quarum quaeque item 4 اركان continet, quippe minoris ambitûs auctor hîc neglexit.

(5) Sic P.; Cod. noster غُرْفه, sed male.

اعتبار غرض يَجِبُ الارعاء عليه، والاصغاء اليه،، على
انّى صيّرتُ النصحَ الكامل سماءه وارضَه، والنّفْعَ الشامل
طُوله وعَرضَه،، وتفسيرَ المشكلات بابه، وتَقْييدَ المهمات
حجَابَه،، ثم جعلت عموده الأَسْنَى، اسماء الله
الحسنى،، ليكونَ مَن دخله آمنًا مِن الضّلالة والغوايه،
ضامنا للهداية فى الرواية،، قيّضَ الله سبحانه أَئمّةً
مِن المُسْتَرشدين (1) تَهْوِى اليه، (2) وطَوائفَ من
المُسْتَفيدين طوائِفَ عليه،، (3) بحَوْله وطَوْله ۞

Absoluto igitur tractatu, عمود الكتاب inscripto, de *nominibus Dei* (fol. 3 r. — f. 4 v.), auctor statim rem aggreditur. Ad normam vulgarem Arabum grammaticorum tria vocum genera اسم, فعل et حرف distinguens, opus suum in tres hasce partes divisit, quibus quartam, grammaticae brevem conspectum exhibentem, adjungendam putavit. Ex his pars 1ª et praesertim 2ª, reliquis longe majores, fere totum librum occupant. In 1ª, quae de *nominibus* agit, omnia vocabula, quae, secum invicem conjuncta, ad unam rem sive notionem pertinent, in variis فصول, nullâ ordinis alphabetici ratione habitâ, di-

---

(1) Collato Cod. P., sic legit uterque Codex. In P. glossa تميل, in Nostro تُسْرِع exstat.

(2) Glossa: جمع طائفة وهى الجماعة, et ad seq. جمع طائف: طوائف.

(3) Sic P. Cod. noster, qui hîc damnum passus est, offert بحوله.

gesta sunt, sic v. c. in ركن, 1°, ubi de coelo agitur, varii فصول exstant de *aëre, sole et lunâ*, et de *anno;* ubi de terrâ, alii de *aquâ, igne* cet. Exemplum, quo simul pateat hujus partis Lexici indoles, afferam e ركن, 2°, ubi fol. 44 r. capitulum hocce brevissimum de *arcu* legitur: فصل القَوْس والحنيّة القسىّ والحَنَايا ج المِقْوَس غِلافها العَجْس والمَعْجِس مَقْبِضها الكَبِد موضع السَّهْم (1) السِيَة الفَرْض الوَتَر معروفات. Pars 2ª, de *verbis* agens, in varia capita ابواب dividitur, ea verba complectentia, quorum perfectum, imperfectum cet. similiter efferuntur, ex. g. فعل, يفعَل; فعَل, يفعِل; فعَل, يفعُل cet. Singulis hisce capitibus aliquot series subjunguntur verborum, quae pertinent ad eamdem speciem, sic 1° verba perfecta, 2° verba ultimâ geminatâ cet. Jam in his seriebus vocum ordo non, ut alibi in Codice locum habet, mixtus, sed alphabeticus est, ita tamen, quemadmodum hoc in ·al-Ǵauharīo et ·al-Fīrūzābādīo fit, ut non primae sed ultimae radicis consonantis

(1) Sic Cod., adscripto رأسه. Al-Ǵauharī vero a rad. سيا, non, ut Noster, a rad. سأ, vocem deducit. Sic enim ille (Cod. Amstel. 71 (IV) in v. سيا): سِيَة القَوْس ما عُطِفَ مِنْ طَرَفَيْهَا وَالجَمْع سِيَاتٌ وَالهاء عِوَضٌ مِنَ الوَاوِ وَالنِسْبَة اليْهَا سِيَوِىٌّ قَالَ ابُو عُبَيْدَة كَانَ رُوبَة يَهْمِز سِيَة القَوْس وَسَائِرُ العَرَب لا يَهْمِزُونَهَا.

ratio habeatur. Pars illa 2ª sic incipit: ثقب الشىء بالمثقب ثقبًا (1) والثقب والثقبة الخرق النافذ وثقبت النار توقدت ثقوبًا ونجم ثاقب ورجل ثاقب الراى جلب الشىء جاء به من بلد الى بلد (2) جلبًا الخ.

Praeter Codicem nostrum, vocalibus, glossis inter lineas et in margine largiter instructum, atque internâ bonitate haud minus conspicuum, non nisi 2 alii mihi innotuerunt, uterque insignis antiquitatis, alter in Bibl. Escur. n. 605 (aⁱ 654), alter in Paris. n. 1330 (aⁱ 659). Hic, in cujus initio secundum Cod. nostrum 3 fere lineae desunt, textu sano haud minus se commendare videtur, sed glossae longe rariores in fine prorsus desiderantur.

N. XXXIII.

(Ex Willm. Cat. n. 72, p. 14. Ab hoc emtus est e bibl. E. Scheidii, cujus vide Cat. p. 88 n. 7.)

Codex in fol. maj., 979 paginarum, bene compactus. Scriptus est a° H. 1126 (3) charactere نستعليق;

(1) Adscribitur معا.

(2) Idem. Glossa seq. infra lineam additur: للتجارة مغرب, quâ indicatur, vocem للتجارة inter بلد et جلبا addi in auctoris Nostri libro, المغرب dicto; v. hoc Lexicon (Dozy *Cat.* I, p. 82) in v. جلب.

(3) Miro errore tam in Scheidii quam in Willmeti Catalogo legitur, hunc Codicem a° H. 826 sive »vix 9 post mortem auctoris annis'' absolutum esse, quae res sine dubio ex male intellectâ subscriptione explicanda est. Haec enim sic se habet: وقع الفراغ —— سنة السادسة والعشرين من المائة الثانية من الالف الثانى من مهاجرة نبينا الخ.

in fine passim alia manus apparet. Continet Lexicon notissimum ·al-Fīrūzābādīi (+ 817), القاموس dictum.

N. XXXIV.

(Ex Willm. Cat. n. 69, p. 13. Ab hoc emtus est e bibl. Walraveni: vide supra p. 71 sq. ad N. xxxi.)

Liber in 4°, paginarum 29, ligatus orientalem in modum et bene scriptus. Hujus apographi neque, qui scripserit, vir, neque, quo exaraverit, annus ex aliquâ notâ apparet; hoc tamen constat eamdem manum hîc nobis offerri, quam N.us (ex Will. Cat. n. 70) exhibeat, medioque igitur seculo praecedente Scriptorem vixisse. Continet hoc apographon 1° (p. 1—4) partem praefationis ·al-Fīrūzābādīi e Cod. Lugd. Bat. 375 (Dozy, *Cat.* I, p. 88); 2° (p. 5—24) Radices quasdam excerptas ex ·al-Qāmūso, ·al-Ġauharīo et ·az-Zamaćšarīo. Sic nempe in titulo; in libro vero ipso ex his ·az-Zamaćšarī*um* nusquam citatum vidi. Incipit a rad. (חסד) حشد, sequitur حفل, هم et sic mixto ordine pergit. Quae hîc exhibentur, petita sunt e Cod. Lugd. 375 modo laudato, atque e Cod. Lugd. ·al-Ġauharīi 85.

3°. (p. 25—29) versiculos offert e libro apocrypho medico MS°, quemadmodum in titulo legitur. Est Qaçīda argumenti mystici de amore Deum inter et hominem, quae sic incipit:

نَظَرْتُ بعينِ الفكْرِ فى خَانِ حضرتى
حَبِيبًا تَجَلَّى للقُلُوبِ فَتجَنَّتى

E quo Codice vero desumta sit, certo statuere nequeo, quum omnia indicia desint; suspicor tamen e Cod. Dresd. 139, quippe qui simile quid continet, et olim J. G. Lettii fuit (v. Praef. Cat. p. vii). Pag. 4 priores textum Arab., 5a initium versionis Latinae offert.

N. XXXV.

(Ex Willm. Cat. n. 74, p. 14. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultens*ii*, cujus vide Cat. p. 602 n. 3840.)

Codex in 4°, foliorum 291, ligaturâ orientali compactus et bene conservatus. Scriptus est charactere نسخى diversis manibus, totus vero satis perspicue; anni notae, non sub unoquoque opusculo obviae, ad sec. H. 10um et 11um Codicis partem longe majorem referunt. Complectitur hoc volumen complures libros, omnes argumenti lexicologici, ad varias autem linguas pertinentes, qui hoc ordine se excipiunt:

1° (f. 1—181) Lexicon Arabico-Turcicum, cujus auctor neque titulus in Cod. indicatur. Bis vero, in margine exteriore et in tegumento, legitur منتخب فى علم اللغة, et nullus dubito, quin hic liber nomine vulgari منتخب innotuerit, atque alibi etiam reperiatur; cf. praeter Num. sequentem, Cod. Upsal. n. 19 (Tornberg, *Catal.* p. 16), Ambros. n. 109 (*Catal.* p. 20), Acad. or. Vind. 18 (Krafft, *Catal.* p. 7) et fortasse alios. Auctor vero hucusque latet.

In praefatione, quae vix duas paginas superans, sic incipit: الحمد لله حق حمده على كل نعم مسبوقة لعباده الخ, et mox pergit: وبعده فاعلم انّ اللغة العربية كثيرة الحاجة اليها لانه انزل الله تعالى القران المجيد بلسان العرب الخ, — fontes operis memorantur libri sequentes: السامى, تهذيب الازهرى, الدستور, القانون, القاموس et المغرب (1). Lexicon,

---

(1) Libri hi omnes notissimi. Tantummodo observo, tres priores male in Cod. scribi: التهذيب الازهرى والسام والوسور.

alphabetice dispositum, in capita divisum est pro numero litterarum initialium. Singula deinde capita (ابواب) totidem sectiones minores (فصول) ,continent, ea vocabula complectentes, quorum etiam secunda littera eadem est. In singulis denique sectionibus minoribus vocabula hoc ordine se excipiunt, ut ea praecedant quorum littera initialis vocali Fat̲h̲ǎ notata est, et sequantur illa, quorum eadem littera vocali Kisrǎ et Çammǎ insignitur. Incipit a vocibus: آذان, آن, آل مُحَمَّد cet.; vocales ubique additae sunt; interpretatio Turcica inter lineas inserta est, quarum septem paginam implent. Anni nota est 974.

2° (f. 182—218) كتاب محمودية, s. editio aucta et emendata vocabularii Arabico-Turcici, لغة فرشته اوغلى dicti. Cf. Dozy *Catal.* I, p. 93.

Exemplar nostrum cum Cod. Warn. 857 non solum titulum كتاب محمودية, sed numerum etiam sectionum communem habet, nempe 33. Uti autem ex praefatione apparet, editio altera titulo illo novo et nonnullis sectionibus in fine additis ab opere primario (1) distinguitur. Liber noster sic incipit:

(2) بنام خالق وفتّاح وواحد   بيمن هادى ووهّاب وواجد

Vocales ubique additae sunt. Codex a° 1070 manu nitidâ scriptus est ab حسن بن بيرام .

3° (f. 218—226). Parvum glossarium Arabico-Tur-

(1) Quid hoc contineret, fortasse effici potest e Commentario Arabico in hoc opus, Cod. Lugd. 1561, qui ad finem sectionis 27ae libri nostri percurrit. Ratio vero sectiones computandi differt; in ipso enim Commentario non nisi 22 sectiones enumerantur, cf. Cod. Upsal. 20 (Tornberg, *Catal.* p. 16).

(2) Cod. Lugd. بفتح.

cicum, ordine alphabetico dispositum, quod statim incipit ab his vocibus: اِجْلَوَّذَ اِسْلَنْقَى اِقْشَعَرَّ الخ. Interpretatio Turcica inter lineas additur. In fine tantum legitur: تمت اللغة الصغيرة. Codex, manu rudiori, a duobus praecedentibus longe diversâ, exaratus, anni notâ caret.

4° (f. 229—232) مُشْكَلَات اِنْشَا s. opus, de vocibus epistolarum difficilioribus agens. Vocabula illa, mixto ordine scripta, atramento rubro turcice inter lineas explicantur. Initium: عُنْوَان تَسْلِيمَات الخ.

Exemplar nostrum mutilum est. Custos enim folii 230ⁱ, اشعه, non convenit cum primo vocabulo folii seq., مُبِين, atque praeterea fol. 232 v. abrupte opus desinit in voce كَج. Quot folia absint, definire nequeo, sed pauca illa esse, probant alia aut similia opuscula in Bibl. Bodl. (Nic.) 227, 2° et Caes. Vindob. n. 69 (ap. Flügel in *W. Jahrb.* 97, *Anz.-Bl.*, p. 11). — Codex, eleganter scriptus, anni notâ caret.

5° (f. 233—254). Glossarium Arabico-Turcicum, quod sine ullâ tituli auctorisve mentione statim incipit ab his vocibus: اِقْتَدَى اَسْتَار اِجْتَاز الخ. Inter lineas, quarum novem paginam implent, legitur explicatio Turcica. Lexicon alphabeti ordinem sequitur, sed in Codice nostro non nisi valde mutilum exstat. Nonnulla enim exciderunt inter litteras ج et خ, ص et ع, ع et ك atque ل et م; in litterâ و denique subito substitit in voce وَرَى, quam, uti custos docet, excipere debuit vocabulum وَغَا.

Codex, vocalibus instructus et manu nitidà scriptus, itidem anni notâ caret.

6° (f. 255—273). Opusculum elementarium, quo pueri Turcici linguam Persicam addiscerent, auctore محمد بن حاج الیاس.

Offert primum expositionem conjugationis verbi Persici, et tum quatuor sectiones, quibus vocabula rerum notissimarum Persica in medio ponuntur. Recensentur nempe vocabula 1° rerum coelestium et terrestrium, 2° membrorum corporis humani, 3° opificiorum et instrumentorum, 4° animalium. His denique subjunguntur nomina numerorum, mensium et dierum. Vocabula autem Persica Turcicis inter lineas explicantur.

Codex, qui nullibi titulum tradit, neque cum دانستن, neque cum التحفة الهادية auctoris nostri prorsus convenit. Ex parte tamen priore praefationis libri hujus posterioris, quae Codici nostro praemittitur, apparet, nos hîc aliam, eamque breviorem editionem hujus operis habere. De التحفة الهادية vid. Ḫ. Ċ. II, p. 243, Dozy, *Catal.* I, p. 98 (aliis exemplaribus, hîc memoratis, addendus Cod. Dresd. n. 275).

Codex noster anni notâ caret, sed eâdem manu scriptus est atque opus 2um et mox sequens. Annus igitur est 1070.

7° (f. 274—284). Opus, quod inscribitur: هذا نصاب صبيان عربى مع فارسى مع تركى, auctore ignoto.

Longe enim differt liber noster ab illo, qui, eodem titulo insignitus, ab Ḫ. Ċ. VI, p. 346 memoratur, et multis in bibliothecis reperitur. Noster, quod attinet ad argumentum et divisionem, plane convenit cum n° 6 mox praecedente; vocabula vero Arabica hîc Persice et Turcice inter lineas explicantur. Sine ullâ praefatione incipit a vocibus: العلم المعرفة التعلم الخ.

Codex a° 1070 nitide scriptus est ab eodem حسن,

qui num.^{um} 2^{um} exaravit. Aliud exemplar mihi non innotuit.

8° (f. 285—291.) Glossarium, quo phrases Persicae alphabetice dispositae Turcicis inter lineas explicantur.

Sine tituli auctorisve mentione statim hoc modo incipit: آفتاب بلند آمده است ابراست آورده است الخ. Ordinem foliorum in Codice turbatum restitui numeris adscriptis. Anni nota desideratur. Eadem manus rudis et incomta, quae num.^{um} 3^{um} exaravit, nostrum Codicem scripsit.

N. XXXVI.

(Ex Willm. Cat. n. 75, p. 14. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Codex in 4°, paginarum 331, charact. نسخی ad تعلیق vergente negligenter scriptus, et bene conservatus. In scholiis hîc illîc alia manus apparet. Vocales ubique adscriptae sunt. Librarius, جمال القرمانی dictus, Codicem absolvit, uti patet e notâ priori operi subjectâ, فی اول ذی الحجة anni 957.

Continet (pag. 1—322) idem Lexicon, quod modo sub 1° N. XXXV (ex Willm. Cat. n. 74) commemoravimus. Titulus hîc vario modo significatur, sive هذا كتاب منتخب, sive, ut paullo inferius, هذا كتاب لغة, sive denique, ut in interiore tegumenti parte legitur, هذا كتاب لغة باسم منتخب. Vocabula Arabica etiam hîc inter lineas, quarum 7 quaevis pagina complectitur, Turcice explicantur. Ceterum in hoc exemplari desideratur praefatio, quam alterum exhibet.

Operi absoluto scriba (p. 323—331) duo carmina addidit, quae ipse composuerat. Ambo argumenti sunt mystici sive religiosi. Prius, cujus inscriptio est

مناجات لكاتبه الحقير الجانى
اسحق الشهير بجمال القرمانى

hoc modo incipit:

قَرِبْنَا رَبّنا مِمّنْ سِوَاكَا وشُغْنَا عُزْلَةً عَنْ ما سواكا
وغَمّضْنَا الْعُيونَ عَنِ الْوُجوه وجَوّعنَا الْبُطُونَ لِكَىْ نَراكا

Constat 33 versibus. Carminis alterius, cui praemittitur

ولِه غفر الله ذنوبه وستر عيوبه مع المؤمنين اجمعين

primus versus est:

لَيْسَت الدُّنْيَا مَقَامًا فيه رَوحٌ وارْتِيَاحْ
انّما سِجْنٌ على أَهْلِيهِ غَمٌّ لا يُزَاحْ

Constat 43 versibus. Utrumque carmen multas glossas adjectas habet.

N. XXXVII.

(Ex Willm. Cat. n. 79, p. 15. Ab hoc emtus est e bibl. Walraveni, cujus vide Catal. p. 58 n. 27.)

Codex in 4°, paginarum 475, charactere نسخى perspicue scriptus et bene conservatus. Anni notâ caret; vocabula, quorum duo juxta se invicem posita binas ubique cujusvis paginae columnas formant, vocalibus instructa sunt. Continet duo Lexica, quorum

1us (p. 1—143) est Persico-Turcicum, cujus auctor neque titulus in Codice memorantur. Ex initio tamen operisque dispositione certo apparet, hìc nobis offerri vocabularium, دَانِسْتَنْ dictum, et a محمد ابن حاج الياس compositum, de quo vid. Dozy

Catal. I, p. 97. Codex noster, quamquam tacite eamdem divisionem quam Cod. Lugd. 167, ordine vocum item mixto, persequitur, hanc tamen illamve partem nunc amplius nunc brevius tractat, quam hoc in Cod. illo locum habet.

2^{um} (p. 145—475) Lexicon est Arabico-Turcicum, cujus nomen vel auctor nullibi apparet. Dispositum est ordine alphabetico, nullâ radicum ratione habitâ. Sine ullâ inscriptione aut praefatione statim sic incipit:

ابتدا   اوّل

اب   بابا پدر والد

اباء   بابالر

Liber vero in Codice nostro mutilus est. In litterâ ق abrupte desinit hac voce:

قرَاع جِماع ايتمك

N. XXXVIII.

(Ex Willm. Cat. n. 67, p. 13. Huic a° 1802 dono datus est a Benneto, librario Roterod.)

Liber in 4°, paginarum 453, anno 1747 Qāhirae satis perspicue scriptus, et ligaturâ chartaceâ compactus. Huic libro, cujus ope sine dubio Arabum lingua recentior addiscenda erat, Willmetus hunc titulum praefixit: *Dictionnaire François-Arabe, précedé d'un Rudiment de la langue Arabe vivante; à l'usage de la Mission de la Compagnie de Jésus dans l'Orient. Écrit au Caire l'an 1747, et appartenant ci-devant à la Mission.* Continet scilicet:

1° (p. 1—12) brevem et singularem Grammaticae conspectum, inde a pag. 2 usque ad finem de solo *verbo* agentem, cujus 7 species, singularum conju-

gationis speciminibus exhibitis, hoc modo enumerantur: 1ª verbum regulare (كتب), 2ª ultimâ ى, 3ª ultimâ ع, 4ª mediâ ا, 5ª mediâ geminatâ aut quadrilitt. (علّم, تعلّم, بارك), 6ª ultimâ geminatâ (فكّ), 7ª primâ ا. Apographon hujus libelli, ipsius Willmeti manu scriptum, jam supra pag. 46, 47 commemoratum est. Totus autem Codex noster hoc incommodo laborat, quod voces Arabicae ubique litteris Gallicis scriptae sunt, cui rei auctor ut quodammodo saltem subveniret, p. 13 tabulam exhibuit, quâ docetur, quibusnam litteris Gallicis singulas litteras Arabicas expresserit. Sine ullo denique titulo

2° (p. 15—453) Lexicon Gallico-Arabicum, ordine alphabetico dispositum, sic incipit:

aage, ômr
le 1. 2. age du monde. el ahad el áwāl, el tani.
jil. p. (1) ajiāl

quel age avez vous, qad̃ aich omrak (2) cet.

Opus hocce, in quo vocabula et phrases nonnullae usitatissimae Arabice vertuntur, desinit in voc. *zodiaque.*

N. XXXIX.

(Ex Willm. Cat. n. 81, p 15. Incertum, quomodo hunc sibi comparaverit.)

Volumen ingens in folio, cum multâ chartâ intermediâ, bene compactum. Exhibet Lexicon, seu potius dicam, prima lineamenta Lexici Germanico-Arabici, cujus conficiendi Alb. Fred. Woltersdorf*ius*,

---

(1) p. i. e. plural.

(2) i. e. قدّ ايش عمرك in linguâ vulgari.

quo tempore Steph. Schultzii in itinere per Orientem socius erat, initium fecerat. Voces Germanicae ab alphabeti initio usque ad finem ex ordine scriptae exstant, quibus opportunitate oblatâ voces Arabicas cum earum pronuntiatione hodiernâ addebat. Multum autem abest, ut ubique hoc fecerit, cujus rei mors ejus praematura in ipso Oriente causa fortasse exstitit.

In fine de 42 vocibus aut phrasibus Arabicis e vitâ quotidianâ petitis disseritur, in quibus inter alia de pluribus vestimentis sermo fit.

N. XL.

(Ex Willm. Cat. n. 94, p. 16. Incertum, quomodo hunc nactus sit.)

Liber in 4°, 42 paginarum, involucro chartaceo tectus orientalem in modum et recentiori aetate scriptus manu Europaeâ ignotâ, eâque perspicuâ, in Aegypto, ut videtur. In primâ libri paginâ apparet manus Woltersdorfii. Continet dialogos de bello et pace, de re musicâ, verbo de multis rebus quotidie se offerentibus. In initio pronuntiatio vocum Arabicarum et versio Gallica adjiciuntur, quae tamen mox prorsus desunt.

In fine hujus libelli legitur nota: نجز هدا الكتاب المقدس المعروف بكتاب الشيخ في يوم الاتنين السادس عشر من بشنش سنه سبعه وتلتين من بعد الالف الشهداء الاطهار * رزقنا الله بركه صلواتهم غفر الله للمهتم والناقل القارى امين (1), quae, quippe in folio separato et aliâ ac librarii manu scripta, ad librum nostrum spectare vix potest. Aperte hoc negant ar-

(1) Verba dedi, quemadmodum in Codice exstant.

gumentum et actas Codicis. Nihilominus haec nota, quae omni pretio jam destituta videtur, singulari modo mihi auxilio fuit ad quaestionem de libri scriptore dirimendam. Willmet*us* enim in Codicis initio, quocum consentit Catalogus impressus, perhibet Woltersdorf*ium* a° 1753 in urbe Caïro eum exarasse. Dubium mihi jam injecit manus a manu Woltersdorf*ii* valde diversa; ad quaestionem vero profligandam ea faciunt, quae Schultz*ius* si non sagaciter, attamen candide profert in Diario impresso *Der Leitungen des Höchsten* cet., tom. IV, p. 344 sq., quum mense Octobri a[i] 1753 in urbe 'al-Qāhira degebat (hanc urbem enim relicturus, emerat libros nonnullos Arabicos eosque utiles). »Das eine (sic ait) welches mir das liebste war, hatte in der Nachschrift, »am Ende, folgendes [jam sequitur notae versio]: »*Es ist vollendet dieses heilige Buch, bekant* »*unter dem Namen: das Buch des Alten* (Scheich) »*am andern Tage* (Montage) *am Sechzehenden* »*des Beschensch* (Maj); *Im sieben und dreyszig-* »*sten Jahr nach dem tausend, derer unschuldi-* »*gen Zeugen* (unschuldigen Kinder). *Gott gönne* »(schenke) *uns den Segen ihrer Gebeter. Gott* »*sey gnädig dem Urheber, dem Abschreiber, und* »*dem Leser. Amen!* Es bestehet dieses Buch aus »Anreden, Briefen und catechetischen Fragen, und »wird bey den Cobiten so hoch geachtet, wie bey »uns in Teutschland, Arndts wahres Christenthum, »und in Engeland, das Buch van der ganzen Pflicht »des Menschen. Aus diesem Beschlusz sehe ich, »dasz das Buch über 500 Jahr (1) alt ist. Der Format desselben ist klein Folio. Ich habe hin und »wieder darinne etwas gelesen, und gefunden, dasz »es würdig wäre, in eine Europäische Sprache übersetzt zu werden." Schultz*ius* litterarum orientalium

(1) Minus recte; nam annus aerae Martyrum 1037 est a. Chr. 1321.

non valde peritus erat et hac in re lubenter ipse locum cedebat Woltersdorf*io*. Sed quamvis, notam hancce ad Codicem ipsum spectare ratus, de ejus aetate et argumento erravit, hoc tamen ex ejus verbis elucet, alium ac Woltersdorf*ium* Codicem exarasse.

N. XLI.

(Ex Willm. Cat. n. 90, p. 16. Incertum, quomodo in ejus Bibliothecam venerit.)

Liber in 4°, paginarum 34, ligaturâ chartaceâ compactus orientalem in modum. Scriptus est a Stephano Schultz*io*, qui, uti MS. 196, pag. 843 docet, mense Augusti anni 1753 ·al-Qāhira̲*e* eum absolvit. Continet opus c. t. بيان المكالمة باللغة العربية, auctore Isaäco Chodja (1). Hic, magister Schultz*ii* et Woltersdorf*ii* quo tempore Constantinopoli degebant, opus dictum in eorum usum composuerat, ut linguam Arabicam addiscerent. Discipuli autographon quisque sibi descripserunt et ·al-Qāhira̲*e*, opus perlegerunt cum magistro, Gabriel Djabūr (جبور) dicto, cui autographon tradiderunt (2). Hoc vero autographon, a Schultz*io* Instituto Judaico Callenberg*ii* destinatum, in nostrâ collectione desideratur. In libro nostro habentur colloquia Arabica, numero 8; caput vero ultimum s. 8um proverbia nonnullaque animalium nomina exhibet. Significatio vocabulorum Arabicorum his saepius superscribitur modo hac modo illâ linguâ Europaeâ.

---

(1) »Er ist ein gebohrner Araber aus Aleppo, von der Armenischen Kirche, jetzt aber hält er sich zu der Römischen." Sunt verba Schultz*ii* in opere edito *Der Leitungen des Höchsten* cet., Tom. IV, p. 148, vide praeterea p. 151 et 201.

(2) V. MS. 196 pag. 842.

N. XLII.

(Ex Willm. Cat. n. 91, p. 16. Incertum, quomodo hic eum acceperit.)

Liber in 4°, paginarum 24, ligaturâ chartaceâ ligatus orientalem in modum. Est alterum exemplar ejusdem operis, ab A. F. Woltersdorf*io* anno 1753 descriptum. Major pars linguâ Germanicâ aut Italicâ versa est.

N. XLIII.

(Ex Willm. Cat. n. 93, p. 16. Incertum, quomodo hunc acceperit.)

Liber in 4°, 10 paginarum, involucro chartaceo tectus et bene compactus orientalem in modum. Manu perspicuâ A. F. Woltersdorf*ii* exaratus est. Inscribitur المكالمة بالعامية العربية, et, ut Num.[i] praecedentes, itidem phrases et colloquia exhibet (1).

N. XLIV.

(Ex Willm. Cat. n. 222, p. 33. Ab hoc emtus est e bibl. Walraven*i*, cujus vide Catal. p. 58, n. 31.)

Sequitur descriptio Codicis, quem, ut N. XXVII (p. 48), itidem ut peculiaris ejus ratio et insigne pretium magis conspiciantur, a ceteris seorsim ponendum duxi.

---

(1) Quânam auctoritate Willmet*us* in initio libelli notaverit, haec colloquia ab Isaäco Chodja composita et a Woltersdorf*io* Constantinopoli a. 1752 descripta esse, me prorsus fugit, qui nullibi tale quid memoratum viderim. Non nisi conjectura videtur, quae praeterea ipsa sibi obloquitur. Woltersdorf*ius* certe, initio demum anni 1753 Isaäcum magistrum nactus (l. l. IV, p. 151), anno 1752 librum non descripsit.

Est Codex in 4°, foliorum 183, charact. نسخى perspicue scriptus et ligaturâ orientali bene compactus. Optime conservatus est; in fine tantummodo charta paullum detrimenti cepit, sed sine incommodo textûs. De aetate et librario nihil traditur; in subscriptione (f. 178 r.) haec verba tantum leguntur: *Soli Deo honor et gloria.* Incipit Codex sine titulo et praefatione et continet vocabularium Arabicum, Latinum, Mendaïticum, Persicum, Turcicum. In singulis binis paginis, tibi obversis, exstant 5 columnae, quae a dextrâ incipienti Persica et Turcica in alterâ pag., in alterâ vero Latina, Arabica et Mendaïtica deinceps offerunt. Ordo alphabeticus vocabulorum Arabicorum, quamquam liberiore ratione, observatus est. Litterae ظ et ذ, quae in ipso glossario desiderantur, in fine Codicis adjectae sunt (f. 178 v. — 183 r.). Dimidia pars folii 2^i^ ita abscissa est, ut fol. 2[i] r.[i] vocab. *Mendaïtica* et fol.[i] 2[i] v.[i] vocab. *Persica* perierint. Primum vocab. est اخذ. Per singulas litteras a *verbis*, quibus ubique *imperfectum* subjungitur, fit initium; deinde agitur de *nominibus*. — De dialecto Mendaïticâ conf. E. Renan in opere pulcherrimo *Hist. génér.* cet., 2e ed., p. 248 seqq. Quia documenta, hac dialecto scripta, sunt rarissima, Codex noster magni sane est pretii. Exaratus est eodem prorsus charactere, qui exhibetur in Codicis specimine, quod M. Norberg inseruit operi, cui titulus est: »*Codex Nasaraeus, liber Adami appellatus*" a. 1815 edito.

Praeter vocabularium modo dictum, Codex aliud etiam vocabularium continet, quod inverso ordine a fine (f. 182 v.) incipiens versus Codicis initium pergit et scriptum est in spatio vacuo, quod in paginis, quae Persica et Turcica complectuntur, relictum est, ac desinit fol. 51 v. Hoc vocabularium *Italico-Turcicum*, sequens ordinem alphabeticum vocum Italicarum, ut praecedens, integrum est.

C. Rhetorici argumenti.

N. XLV.

(Ex Willm. Cat. n. 88, p. 15 sq. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultens*ii*: vide supra p. 26 ad n. XIV.)

Codex in 8°, paginarum 128, charact. نسخى ad تعليق vergente satis perspicue scriptus, fere sine vocalibus. Praesertim in initio multa scholia Arabica in textu et in margine sunt addita, eâdem manu sed litteris minoribus. Ex subscriptione apparet, scriptum esse hoc exemplar exeunte mense Mo<u>h</u>arram*o* a. 1043 in urbe سراى.

Continet librum, تَلْخِيص المِفْتَاح dictum, auctore 'al-Qazwīnī*o*, qui vulgo خطيب دمشق dicitur (+ 739) (1), de quo vid. Ḫāgī-Ćal. II, p. 402. Opus hocce celebratum in plerisque bibliothecis exstat, cf. ex. g. Dozy, *Catal.* I, p. 128 sq. Glossae maximam partem ex 'at-Taftāzānī*i* Commentario المختصر, rarius ex المطول petitae sunt.

Quod ad Codicis historiam attinet, digna videntur quae commemorentur verba, quae in involucri parte interiore leguntur. Ibi enim haec: » *Ce livre vient de la fameuse et ancienne biblioteque tiennez a bude prise le* 2 *Setembre* 1686 *envoyez a ma chere cousine Madame la comtesse de hoensbroick*" (2). Nota res est, quo tempore Būda Tur-

---

(1) Perperam Willmet*us* مِفْتَاح العلوم auctore السكاكى (+ 626) hoc Codice contineri putavit. Causa erroris in promtu est.

(2) Verba dedi, quemadmodum in Codice exstant.

cis eriperetur, insignem ibi asservari numerum Codicum orientalium. Multos ex his praedatus est Marsiglius, qui hodie reperiuntur in bibliothecâ Instituti Bononiae (v. von Hammer, *Gesch. des Osm. Reiches* VI, pag. 475 et 735 sq.). Fraternitatis vinculo igitur conjunctum est exemplar nostrum cum Cod. Inst. Bononiae (apud Hammer, *Lettera* VII, p. 2). De familiâ Hoens-broich (*sic*) v. Ersch u. Gruber *Encyklopädie* in voce.

N. XLVI.

(Ex Willm. Cat. n. 89, p. 16. Ab hoc emtus est e bibl. E. Scheidii, cujus vide Cat. p. 95, n. 48. Scheidius eum ex Oriente acceperat.)

Cod. in 4° maj., foliorum 125, charact. نسخى nitide scriptus et bene conservatus. Hîc illîc scholia in margine exstant; anni notâ caret.

Continet Commentarium *at-Taftāzānīi* (+ 791) in *tertiam* partem libri notissimi *Miftāḫo'l-ʿolūm* ʿas-Sakkākīi (+ 626), quem Commentarium composuit a° 789, v. Ḫ. Ćal. VI, p. 16.

In exemplari vero nostro ordo foliorum turbatus est, et, quod majus est, lacunae reperiuntur. Collato Cod. Lugd. Bat. 319 (Dozy, *Catal.* I, p. 124), in quo fol. 70 v.—171 r. pars *tertia* exstat libri *Miftāḫo'l-ʿolūm*, utrumque vitium simul indicabo:

Fol. 1—8 et fol. 30—37 explicant textum Cod.is L. B. fol. 70 v.—75 r.

Fol. 9—29 explicant textum Cod.is L. B. fol. 95 r.—103 r.

Fol. 38—125 explicant textum Cod.is L. B. fol. 109 r.—171 r.

Ex dictis apparet, Commentarium in quartam fere partem textûs originalis desiderari. Quot folia in Codice nostro interierint, effici potest ex notâ, involucro interiori et folio 1 r. Codicis manu orien-

tali inscriptâ. Ibi enim verba legimus: ١٥٣ اوراق et يوز اللى اوچ ورق. Commentarius noster, qui in bibl. Lugd. Batavâ non reperitur, etiam exstat in Bibl. Escur. 26, 418 (3) et fortasse alibi.

D. Epistolaris argumenti.

N. XLVII.

(Ex Willm. Cat. n. 186, p. 28. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Codex in 4° min., 178 paginarum, charact. نسخى paullo festinanter scriptus et bene conservatus. E subscriptione apparet librarium, محمد بن شكر بن معلى الديرى الشافعى, mense Moharrami a. Ar. 746 eum absolvisse. Deinde transiit, ut in tituli folio legitur, in bibliothecam filii viri celeberrimi محمد ابن خليل بن ايبك الصفدى. Hic liber inscribitur in folio 1mo r., quocum consentit subscriptio: تعليق الديوان لسنة ٧٤٥ (1), et dividitur in 3 partes, quarum 1a (p. 1—61) التواقيع, 2a (p. 62—149) الكتب et 3a (p. 149—178) الادعية والصدور complectitur. Totum opus, exemplo epistolographiae, ut videtur, destinatum, scriptum est stylo elegantiori, lusu verborum pleno, et, quamquam diplomata et epistolae, quae ibi occurrunt, quaeque fere omnia Syriam et Palaestinam spectant, historiam parum illustrent, indicem tamen eorum exhibebo, ut lector de argumento libri judicium ferre queat.

Pars igitur *prima* incipit statim post *bismillam*

---

(1) In fol. 1 r. additur: (sic) من كلام ابن نبانه. Scribendum videtur ابن نباتة († 768).

a تـوقـيـع والى نابلـس (p. 1—5), sequuntur (p. 5)
(p. 9) , توقيع بالعود الى تدريس الحلقة بالجامع الاموى
, توقيع والى القدس (p. 11) , توقيع نائب قلعة القدس
توقـيـع (p. 14) , توقيع صاحب ديوان الاسواق (p. 12)
(p. 18) , توقـيـع سَامِرى (p. 16) , شادّ متحصّل قمامة
توقـيـع بنـظـر دار (p. 21) , توقيع شادّ خزائن السلاح
توقيع شهاب الـديـن الجحافـى بولاية (p. 23) , الطراز
توقيع بنظر الـسـبـيـل لامام مسجد دار (p. 24) , سلميّة
توقيع بتـصـديـر حـلـقـة فى الجامع (p. 26) , السعادة
توقيع بنـظـر (p. 27) , (1) لشمس الدين ابن الخطيب
الخاصّ والوقف المنصورى (2) للقاضى بهاء الدين ابن
تـوقـيـع (p. 33) , تـوقـيـع شادّ الجوالى (p. 32) , ريّان
(p. 36) , توقيع والى صَرْخد (p. 35) , بنيابة قلعة صَرْخد
توقـيـع بصحابةِ ديوان (p. 37) , توقيع بنيابة مغَارة زَلّايا
, الاسرى للقاضـى شرف الـديـن سالم بن القلانسى
توقيع قاضى القضاة عماد الدين الحنفى بتدريس (p. 41)
توقيع (3) فـخـر الـديـن (p. 46) , الـمـدرسة الريحانية
(p. 48) , احمد بن الفصيح بتدريس مدرسة القصاعين
توقيع نجم الدين (p. 51) , توقيع عز الدين والى الولاة

---

(1) + 777, vid. ·ibn-Habīb Cod. 425, p. 601.
(2) + 768, v. ibid. p. 550.
(3) + 755, v. ibid. p. 481 seq.

توقيع سيف الدين خطاى (p. 52) , ايوب بولاية لد
من توقيع ركن الدين (p. 53) , الركنى بولاية زرع
من توقيع هبة الله (p. 54) , بولاية الشعراء وبانياس
من توقيع عز الدين (p. 55) , ابن النفيس بنظر جَعبر
توقيع بولاية القُدس الشريف (p. 56) , معن بولاية قاقون
(p. 58) , توقيع سيف الدين بُكا بنيابة قلعة حمص et
, توقيع عز الدين بن الرهاوى بنظر مَطابخ السُّكّر
(p. 60) توقيع بمشارفة خزائن السلاح. Pars *secunda*
كتاب الى الشيخ شهاب (p. 62) : continet (الكُتُب)
كتاب الى (p. 64) , الدين الاخميمى على يد ولده
(p. 67) , نائب حماة بوصول مشمش لولوى (1) ودغميشى
كتاب الى الشيخ حسن (p. 69) , جواب ابن الملك اسد
كتاب (p. 74) , كتاب الى الدَّوَادار (p. 72) , الكبير
كتاب الى الصاحب (p. 75) , اخر على يد الساقى
تاج الدين عند ما طلب من القدس الشريف الى
, كتاب الى يزُوز بن زكريا (p. 78) , الابواب العالية
كتاب الى طقتمر المويدى بوصول طيور (p. 80)
كتاب الى (3) القاضى (p. 82) , (2) تم وَاوز صينى

---

(1) est *alia* species pruni Armeniacae (مشمش).

(2) Sic lege pro ثم, uti e seqq. apparet. تم in Cod. Damīrī*i* 409 *a* (aliter atque in Lex. Freytagii in v.) dicitur طائر نحو الاوز فى منقاره طول وعنقه اطول من عنق الاوز.

(3) + 769, v. ibn-Ḥabīb l. l. p. 560 seqq.

كتاب اخر اليه (p. 83) , علاء الدين ابن فضل الله
, جواب نائب طرابلس عن العيادة (p. 85) , مع التقدمة
(p. 89) , كتاب على يد صدقة البابا المُعمّم (p. 87)
كتاب الى صاحب (p. 93) , كتاب اخر فى المعنى
(p. 99) , كتاب البشارة بوفآء النيل (p. 95) , ماردين
كتاب الى طقتمر المويّدى بوصول (1) اكديش وكوهيّة
كتاب الى ارغون المويدى بوصول (p. 100) , وباز
كتاب الى ناظر الحرمين على قصّة (p. 102) , بازيّن
كتاب (p. 106) , كتاب هنآء بعافية (p. 103) , امراة
كتاب الى نائب حماة بوصول (p. 111) , بطاعة الكرك
, كتاب الى سيف ابن مجلى (p. 113) , طيور العَقْعَق
, كتاب الى ادريس (p. 116) , كتاب شفاعة (p. 114)
, كتاب الى القاضى علاء الدين سلامًا وتشوقا (p. 117)
كتاب الى نائب حلب بوصول قَديد لحم (p. 119)
كتاب الى نائب صفد بوصول (p. 122) , الصّيد
كتاب الى القاضى علاء الدين (p. 124) , كوهيّتَيْن
كتاب الى والى الولاة (p. 126) , فى ذكر اقطاع
كتاب الى (p. 128) , بخلاص حق صدقة البابا
القاضى علاء الدين على يد (2) بهاء الدين داود بن

(1) إكديش est i. q. كديش et كوهيّة *avis quaedam rapax*, uti sq. باز (in Cod. بازى scribitur).

(2) Emīrus hicce erat ناظر الحرمَيْن.

كتاب الى نائب طرابلس بوصول (p. 131) القيمرى,
كتاب اليه بعود (p. 133) قصب سكر واترنج وقلقاس,
كتاب الى القاضى (p. 136) كتاب شفاعة (p. 135)
كتاب (p. 140) علاء الدين مع الجهاز المبارك
جواب نائب حلب عن عيادة من (p. 142) شفاعة,
جواب نائب حماة عن العيادة (p. 143) ضعف,
جواب نائب صفد بوصول باكورة خيار (p. 146)
كتاب الى شجاع الدين ابن (p. 147) وملوخية,
(sic) المبارزكد. Pars *tertia* (الصدور والادعية) complures formulas complectitur, fere omnes a verbis لا زالت incipientes.

E. Gnomici argumenti.

N. XLVIII.

(Ex Willm. Cat. n. 157, p. 24. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Libellus in 4°, 9 paginarum, ut videtur eâdem manu ignotâ exaratus, quae medio seculo praeced. N.os XXXI et XXXIV (ex Willm. *Catal.* n. 70 et 69) scripsit.

Liber noster apographon est Codicis Lugd. Bat. 79 Gol. (1) (v. Dozy, *Catal.* I, p. 193). Exhibet igitur sententias 'Alī', quae نثر اللالى vocantur, et a van Waenen, p. 2—43, a Fleischero, p. 64—87 editae sunt.

---

(1) Erravit Willmet*us* in initio libelli nostri contendens, sententias hasce e Cod. Leid. non desumtas esse.

A Willmeto margini additae sunt variae lectiones, ex editione Waenen*ianâ* petitae.

Exemplaribus hujus operis, a Dozy*o* l. l. memoratis, addatur Paris. 1422 (v. van Waenen, *Praefatio*, p. x).

N. XLIX.

(Ex Willm. Cat. n. 163, p. 24. Ab hoc emtus est e bibl. E. Scheidii, in cujus Catal. est n. 8 in Q° *librorum omissorum.*)

Liber in 4°, 162 paginarum, chartaceo involucro tectus et perspicue scriptus. Ipse Scheidius hunc titulum praefixit: *Edwardi Pocockii curae in Maidanii* [+ 518] *CCC vel potius CCCIV priora Proverbia Arabica. Ex Apographo* (*manu, ut videtur,* *Cl. Fabri olim descripto*) *iterum descripsit et passim emendavit Everardus Scheidius. Reliqua de suis adjecit et diffusiori commentario instruxit idem E. S.* Post proverbium in libro nostro ultimum, i. e. prov. 300 in ed. Freytag*ii* I, p. 101, Scheidius iterum notavit: *Hactenus apographum Cl. Fabri.*

Notum est, Pocockii autographon asservari in Bibl. Bodlej. (Uri n. 313, p. 90), anno 1635 absolutum, et H. A. Schultens*ium* a° 1772 exemplar integrum inde descripsisse, quod hodie inter Codices Lugd. Bat. exstat, numero 1368 (v. Dozy, *Cat.* I, p. 197) notatum. Ex eodem igitur fonte fluxit liber noster.

N. L.

(Ex Willm. Cat. n. 159, p. 24.)

Liber in 4° maj., 93 paginarum, quarum alternae pleraeque vacuae sunt, paucis tantum additiones quasdam ad oppositam paginam offerentibus. Etiam in margine paginarum haud pauca adscripsit Willmet*us*. Ligaturâ chartaceâ compactus est liber orientalem in

modum. In fronte ipse auctor Willmetus hunc titulum scripsit: *Meidanii Proverbia, ab animalibus ducta, Arabice; ex universo ejus Proverbiorum thesauro collecta, secum juncta, et ad animalium nomina ordine alphabetico disposita; ex apographo totius thesauri Reiskiano codicis MS. Biblioth. Lugd. Bat:* (1), *quod servatur in Biblioth. Academica Hardervicena, descripta.* Incipit liber pag. 1 ab ابد (prov. 240 in ed. Freytagii II, p. 474), sequitur آبِدَة, tum ابو براقش, et sic pergit ordine alph., dum adducitur Commentarius Meidānii ad illa proverbia, Arabice. Liber tamen non ulterius procedit, quam ad rad. بيبن, et ultimum de quo agitur vocabulum est بَائِن. Plura sine dubio Auctor sibi proposuit his addere, nam in fine libri adjunctae sunt 10 pagg. separatae, in quibus eodem modo nonnulla nomina animalium, a litteris ت, ث, ج et ح incipientia, cum Meidānīi proverbiis et Comment. leguntur, quae igitur deinde retractare, et suo loco huic operi inserere voluerit. Praeter 10 illas pagg. itidem adjunctus est Index (8 pagg.) vocabulorum Arabicorum, eorum imprimis, quae animalia designant. Hic tamen ad voc. تُؤَدَة tantum perductus est.

N. LI.

(Ex Willm. Cat. n. 160, p. 24.

Fontis ratione habitâ, hîc subjungo libellum alìus

---

(1) Cod.em Lugd. Bat. 332 (Dozy, *Cat.* I, p. 197), ut in ipsius Codicis initio notatur, sibi descripserat J. J. Reiske. Curante Scheidio hoc apographon paullo ante Reiskei mortem migravit in bibliothecam Hardervicenam.

argumenti, alioquin in sectione *Litterarum Humaniorum* notandum.

Est liber in 4° maj., 29 paginarum, quarum alternae omnes nihil continent. Ligaturâ chartaceâ ligatus est orientalem in modum. Ipse auctor Willmet*us* operi hunc titulum praemisit: *Fabulae Arabicae, a Meidanio, data occasione, insertae thesauro Proverbiorum; descriptae ex Codicis Meid. MS. Lugd. Batavi apographo Reiskiano, quod habetur in Bibliotheca Hardervicena.* Prima fabula est de *Leone et Agricola* ad Prov. 153 (Freytag I, p. 324), quam H. A. Schultens, p. 118 memorat; secunda de *Hyaena et Pullo cameli* ad Prov. 251 (Freytag I, p. 89), aliae porro similes sequuntur, quarum numerus hîc est 17.

N. LII.

(Ex Willm. Cat. n. 125, p. 20. Ab hoc emtus est e bibl. E. Scheidii, cujus vide Catal. p. 91 n. 24.)

Codex in 4° min., paginarum 90, charact. نسخى nitide scriptus et bene conservatus. Anno H. 756 absolutum dicitur utrumque opus, quod Codex continet; prius in urbe سمرقند exaratum est.

Prius opus offert (p. 1—83) شَرْح الْكلم النَّوَابِغ auctore محمد بن دهقان على النَّسَفىّ ثم الكَبِنْدىّ (vixit sec. 7 H.) (1).

---

(1) Pater est ejus, qui Commentarium scripsit in *tertiam* partem operis *Miftāḫo'l-ʿolūm.* V. H̱. Ċal. VI, p. 25 et 26. Quod enim Dozy, *Catal.* I, p. 127 affirmat, hunc Commentarium H̱āgî-Ċalîfa*e* ignotum fuisse, non verum est. Tantummodo auctor, qui in Codice Lugd. Bat. 562, et in nostro Amstel. 125 الكَبِنْدى dicitur, ab H̱. Ċal. (etiam sec.

Az-Zamaćšarī (+ 538) anthologiam composuit, نوابغ الكلم, s. الكلم النوابغ dictam, quae *sententias acute dictas* tantum complectebatur. Haec anthologia nobis servata est in Cod. Lugd. Bat. 814 (8), Dresd. 204(10) et Bibl. Caes. Vindob. n.124 (ap. Flügel. in *Jahrb. d. Lit.* Vol. 97, *Anz.-Bl.*, p. 17). Ad illam commentarios scripserunt nonnulli viri docti, ex his Mohammed noster (sec. II. 7) et ·aṫ-Ṫaftāzānī (+791); prioris Commentarius in Cod. nostro, posterioris in Cod. Lugd. Bat. 858 (1) exstat; in utroque denique textus additus est (1).

Codicem Lugd. Bat. 1370) minus recte, ut videtur, البيكندى vocatur.

(1) Codicum Lugd. Bat. 858 (1) et 814 (8), (coll. Codice 1493), ideo mentionem feci, quia in iis describendis erravit Cl. Dozy, *Catal.* I, p. 198 sq., H. A. Schultens*ium*, qui in eundem errorem inciderat, secutus. *Hic*, a° 1772 librum *Anthologia sententiarum Arabicarum cum scholiis Zamachsjarii* praecipue e Cod. L. B. 858 (1) edens, reverâ inscius aliud opus edidit, atque ipse putavit. Edidit nempe majorem partem operis ·az-Zamaćšarī*i*, الكلم النوابغ dicti, cum scholiis ·aṫ-Ṫaftāzānī*i*. Causa erroris, ut videtur, latet in titulo Codicis. Hic enim est كتاب السوابغ فى شرح النوابغ للعالم . . . . الزمخشرى. Auctor vero (nomen suum in Codice non profert) in praefatione monet, se ad illustrandum librum, quem كتاب النوابغ vocat, jam opus conscribere, cui nomen indit السوابغ فى شرح النوابغ. Hoc titulo autem Commentarium ·aṫ-Ṫaftāzānī*i* indicari, docet H. Ćal. VI, p. 385; (vox النعم, quod H. Ćal. titulo adjungit, in Cod. Warn. 858 (1) deëst). Verba praeterea initialia ap. H. Ć. et in Codice eadem sunt. De Codice igitur 858 (1) Warn. nullum dubium restat, quin reverâ Commentarium ·aṫ-Ṫaftāzānī*i* contineat.

Alter Cod. Warn. 814 (8), ut titulus diserte docet, الكلم النوابغ auctore ·az-Zamaćšarī*o* exhibet. Librarius scholia

Alterum opus (p. 84—90) tria carmina exhibet poëtae Ḋū-'*r*-romma (+ 117). Primum, quod Ǵarīr*io* valde placuit, 25 versus continet et sic incipit:

ما بالُ عَيْنِكَ منها الماءُ يَنْسَكِبُ
كانّه مِن كُلًى مَفْرِيَّةٍ سَرِبُ (1)

Secundum 11 versus continet, quorum hic primus est:

انْ (2) اخْلف الوعْدَ حتّى يطعنون غَدًا
وقّى لى الطَّرْف من دمعى وعدا (3)

---

in margine et inter lineas adscripsit e Commentario 'at-Taftāzānī*i*. De anno, quo Codex absolutus sit, nescio quid statuendum. Subscriptio: تمّ . . . من شهور سنة سبع وسبعمائة سبعين وتسعمائة, cf. Dozy, *Cat.* I, p. 199 et 222.

Ceterum ex dictis corrigantur, quae H. A. Schultens*ius* in Praefatione de Cod. nostro 125 protulit.

(1) Sic Cod., cum quo facit 'Ibn-Ćālawaihi (Cod. Warn. 475 f. 136 r.). Hic (qui posterius hemistichium sic legit: كانها فى كُلى مفرية سَرِبُ) ad سرب annotat: سَرِبُ بالفتح والكسر قال ابن دريد بالكسر خطا والمبرد تُحمره (l. يُخَيِّرُهُ) بالفتح والكسر. Al-Ǵauharī vero, qui in v. سرب hunc versum item citat, pronunciat سَرَب, sed in Cod. Amstel. 71 haec vox in fine versûs scribitur سَرَبُ, addito معا. 'Ibn-Ćallikān prius tantum hemistichium affert, v. ed. Wüstenf. Vita ٥٣٤ (ubi عينيك pro عينك) et ed. de Slane I, p. ٥٩٩ (ubi الدمع منسكب pro الماء ينسكب).

(2) Cod. احلف.

(3) Sic Codex. Alterum hemistichium (Metr. البسيط) claudicat.

Tertium, وقل ايضًا هو inscriptum, 5 versus complectitur, quorum 1us sic audit:

خليلىّ هذا رَبْع ليلى بذى الغضا

سقى الله لَيْلى والغضا وسقاكما

F. Argumenti ad Litteras Humaniores pertinentis.

N. LIII.

(Ex Willm. Cat. n. 158, p. 24. Ab hoc emtus est e bibl. Walraven*i*, in cujus Catal. hic, conjunctus cum aliis, est n. 21, p. 58.)

Liber in 4°, 110 paginarum, ligaturâ chartaceâ compactus orientalem in modum, et nitidissime scriptus. Est apographon a J. J. Reiske*o* descriptum e Cod. Lugd. 587 (v. Dozy, *Cat.* I, p. 204), sive e libro الكامل فى اللغة auctore *'al-Mobarrad* (+ 275). Paginae 59 priores continent omnia, quae in 76 prioribus paginis Codicis Leid. leguntur; tantummodo 4 pagg. ex apographo nostro exciderunt, nempe pag. 9—12, ita ut hîc ea desiderentur, quae in Cod. p. 11—15 inveniuntur. Margini hujus textûs Reiske*us* praeterea notas adscripsit. In reliquâ libri parte indices ad apographum suum conficere aggressus est, in quibus *auctores*, *res* et *libri fontes* enumerantur.

Huic libro adjuncta sunt 2 folia separata, itidem, nisi fallor, manu Reiske*i* scripta, quae gnomas quasdam Arabicas continent, ordine alphabetico digestas. Hae enumerantur inde ab XI—XXIV (litt. د — ث), ita ut initium et finis desiderentur. E libro الكامل petitae videntur. Versio Latina et notae hîc illîc additae sunt.

N. LIV.

(Ex Willm. Cat. n. 171, p. 25 seq. Ab hoc emtus est e bibl. E. Scheidii, cujus vide Cat. p. 94 n. 43.)

Liber in 4° maj., 24 paginarum (quarum 16 priores impressae, 8 vero manuscriptae), involucro chartaceo tectus.

In pag. 1 hic titulus impressus legitur: مقامات البديع الهمداني, *Consessus Hamadanensis, vulgo dicti Bedi al Zamaan, e Codice MS. bibliothecae fratris sui ejusdemque typis Arabicis, edidit Jacobus Scheidius.* Scimus e Catal. E Scheidii p. 94 n. 41, eum hujus operis Codicem possedisse, quem postea nactus est de Sacy; v. *Magasin Encycl.* 1814 Tom. I, p. 195, et ejus *Chrest. Ar.* Tom. III, p. 261 (ed. 2ae). Ex hoc igitur Codice J. Scheidius Consessus 'al-Hamadānī (+ 398) editurus erat.

Nihil tamen amplius prodiit quam 16 illae paginae, quae Cons. 1—4um medium exhibent. Praeterea margini paginarum 8 priorum hujus textûs E. Scheidius adscripsit varietatem lectionis e Cod. MS. Parisiensi, nempe n. 1591, cujus apographon frater J. Scheidius sibi fecerat (v. Cat. E. Scheidii p. 94 n. 42). Paginae denique 8 reliquae, manu J. Scheidii scriptae et prelo, ut videntur, paratae, finem Cons. 4i et sequentes ad Concessum 7um usque continent.

Septem horum Consessuum quatuor post J. Scheidium ab aliis editi sunt, n. 3us et 7us a de Sacyo, *Chrest. Ar.* Tom. III, p. ٧٨-٨٣, atque 4us et 5us a Grangeret de Lagrange, *Anthol. Ar.*, p. 153—160. Conf. versionem Ed. Amthori in libro c. t. *Klänge aus Osten*, 1841.

Praeter Codices dictos alius mihi non innotuit.

N. LV.

(Ex Willm. Cat. n. 167, p. 25. Ab hoc emtus est e bibl. E. Scheidii, cujus vide Catal. p. 92 n. 33.)

Codex in 4° maj., foliorum 110, nitide et per-

spicue scriptus, charactere نسخي, et bene compactus. E clausulâ apparet, absolutum eum fuisse die Mercurii, 7° mensis Ḉomādạe prioris a. 1099.

Continet مقامات ·al-Ḫarīrīi (+ 516). Ad consessus 19 priores E. Scheidius adscripsit variantes lectiones. Hae, a cons. I—VI rarissimae (1), a cons. VII—XIX uberiores, petitae sunt e Codd. hujus operis, quos ipse possidebat (2), praesertim e n. 35 et 36 (Catal. p. 92 et 93). Codex 35 ob formam *Cod. minor* vocatur, Codex 36, qui Commentarium ·as̈-S̈arīs̈īi exhibet, *Cod. Scher.* vel *S.*

N. LVI.

(Ex Willm. Cat. n. 168, p. 25. Ab hoc emtus est e bibl. E. Scheidii, cujus vide Catal. p. 92 n. 35.)

Codex in 4° min., 136 paginarum, charact. نسخي manu crassiore scriptus et bene compactus. Exaratus est, ut subscriptio docet, mense Ramaḉāno a. Ar. 1052. In margine pauca scholia reperiuntur.

Continet idem ·al-Ḫarīrīi opus. In hoc exemplari vero duo folia inter pagg. 130 et 131 exciderunt, ita ut particula cons. 47, cons. 48 totus, et fere dimidia pars cons. 49 interierint.

---

(1) A° 1768, in libro: المقامة الحريرية p. 17—20, E. Scheidius edidit *Specimen variantium lectionum in Haririi Cons. I—VI.* Literâ M. (i. e. Major) ibi Codex noster 167 ex Willm. Cat., literâ vero m. (i. e. minor) Codex 168 ex Willm. Cat. (= n. 35 e Cat. Scheidii) designatur. Codicem in Cat. Scheidii 34 ille anno demum sequenti 1769 nactus est.

(2) Hi erant numero 5 (n. 33—37, Cat. p. 92 et 93). N. 33 et 35 in collectione nostrâ (n. 167 et 168) servantur. N. 34 hodie reperitur in Bibl. Lugd. Bat. n. 1505. N.os 36 et 37 emit de Sacy, vide Praefationem ad editionem ·al-Ḫarīrīi.

N. LVII.

(Ex Willm. Cat. n. 166, p. 25. Huic a° 1769 dono datus erat ab auctore E. Scheidio.)

Liber in 4° maj., 82 paginarum, consutus et chartaceo involucro tectus. Ut titulus docet, hîc habentur *al-Ḥarīrīi* Consessus 13 priores et pars 14ⁱ, quos e Codice MS. Bibl. Lugd. Bat., nisi fallor Cod. 56 (1) Gol. (Dozy, *Cat.* I, p. 263), descripsit E. Scheidius. Accedunt praeterea manu Willmet*i* p. 73—82 pars altera cons. 14ⁱ et major pars 15ⁱ ex apographo Codicis MS. Scheidiano (1).
Ad cons. 7 et 9 addidit Willmet*us* varias lectiones ex de Sacy*i* *Chrest. Arab.*, Tom. I, p. 384 sqq. ed. prioris; ad cons. 14 item variantes, quas exhibent Rink et Vater, *Arab. Syr. und Chald. Lesebuch*, p. 128—140. Alia pauca Willmet*us* in margine notavit.

N. LVIII.

(Ex Willm. Cat. n. 164, p. 24. Incertum, quomodo ad hunc venerit.)

Liber in 4°, 99 paginarum, compactus ligaturâ chartaceâ orientalem in modum. In initio libri Willmet*us* hunc titulum scripsit: *Haririi Consessus XI—XXII, Arabice; e Cod. Leid. descripsit et notas quasdam addidit E. Scheidius, V. Cl.* Codex ille Leid. est 56 (1) Gol.; in fine Cons. 22ⁱ pauca quaedam desiderantur.

---

(1) Sic nempe lego pro *Scheidiani*, quod ipse Willmet*us* in libri titulo exaravit. Spectatur enim apographon mox sequens, n. 164 ex Willm. Cat., quod Scheidius descripsit, et quidem e Cod. Lugd. Bat. 56 (1) Gol.

N. LIX.

(Ex Willm. Cat. n. 165, p. 24. Ab hoc emtus est e bibl. Walraveni, in cujus Catal. est n. 19 in p. 58.)

Liber in 4°, 21 paginarum, ligaturâ chartaceâ compactus orientalem in modum et bene conservatus. Sine dubio eâdem manu ignotâ exaratus est, quae jam saepius nobis occurrebat, v. N. XLVIII (ex Willm. Cat. n. 157) cet., medioque igitur seculo praecedenti absolutus. Nihil in libelli initio annotavit Willmet*us*, nec ab ipso descriptore titulus est praefixus. Continet ·al-Ḫarīrī*i* Consessûs 11—14, ex eodem Cod. Lugd. B. 56 (1) petitos. In margine Codex saepius emendatur (1).

N. LX.

(Ex Willm. Cat. n. 133, p. 21. Ab hoc emtus est e bibl. J. P. Berg*ii*, cujus vide Catal. p. 440 n. 6857 b.)

Liber in 8°, 6 paginarum, ligatus orientalem in modum, optime conservatus et elegantissime scriptus. Omnes vocales textui additae sunt. Continet ·al-Ḫarīrī*i* *Epistolam Sīnīcam et Ṡīnīcam* cum glossis, quas J. P. Berg descripsit e Cod. Lugd. Bat. 56 (2); v. Dozy, *Catal.* I, p. 267, et Arnold, *Chrest. Arab.*, 1853, p. 202—209, coll. p. XXVI.

N. LXI.

(Ex Willm. Cat. n. 175, p. 26. Ab hoc emtus est e bibl. Walraveni, cujus vide Cat. p. 57 n. 3.)

Liber in fol. max., 36 paginarum, ligaturâ chartaceâ compactus, orientalem in modum. Manus

---

(1) Quae in margine reperiuntur, emendationes sunt, non vero *Scholia*, et *variantes lectiones ex aliis Codd.*, quemadmodum in Willmet*i* Cat.° exstat.

sordida Pauli Gyongyossii (v. supra p. 8 ad N. VI) anno 1740 hunc descripsit e Cod. Lugd. Bat. 456 (v. Dozy *Catal.* I, p. 307), sed male et vitiose hoc suum opus peregit. Continet hoc apographon partem libri: „فاكهة الخلفا ومفاكهة الظرفا“, auctore 'Ibn-'Arab-šâh (+ 854). Procedit nempe inde a Cap.e 1° ad initium Cap.is 4i, sive a pag. ٥-٩١ med. ex editione Cl. Freytag*ii*.

Pag. 38 Gyongyoss*ius* quaedam notavit de arbore شَوْحَط.

N. LXII.

(Ex Willm. Cat. n. 126, p. 20. Ab hoc emtus est e bibl. E. Scheidii, cujus vide Catal. p. 92 n. 29. Hic anno 1767 ex Oriente Codicem accepit.)

Codex in 4°, paginarum 53, charactere نسخى satis bene scriptus et involucro chartaceo tectus orientalium more. Paginae 20—41 in Codice ordine inverso compactae sunt; Codex tamen integer est. In fine haec exstat subscriptio: تم الكتاب بعون الملك الوهاب فى اواسط شهر ذى الحجة سنة ١٠٣٥ والحمد لله وحده.

Continet librum c. t. طيف الكرى auctore ابو الحسن على بن ابى الحسن الاربلى, ut titulus docet, litteris majoribus praefixus. In 1a paginâ sic incipit:

بسم الله الرحمن الرحيم

من انشاء المولى الصاحب الصدر الكبير العالم المؤيد المظفر ملك ملوك الادباء سلطان المترسّلين والفصحاء فريد عصره ووحيد دهره بهاء الدولة والدين ابى الحسن على بن المرحوم الامير فخر الدين عيسى

ابن ابى الفتح الاربلى اعزّ الله تعالى انصاره

يا خليليّ من ذوابة قيس   فى التصابى رياضة الاخلاق

مما اعرف به اخوانى جادَتْهم الأَنواء، وصابَتْهم السماء،، وحلّتِ السحبُ بأَنْدِيَتهم أَفْواهَ عَزَالِيها، وأَهْرَاقَتْ ماء مَدَامعها بعَقْوَتِهم من مَآقيها،، وروّض القطرُ دارَهم ونمقها، وأَجَدّ رسومَهم ولا أَخلقها،. واصفى مشارعهم ولا ريقها، وملأ حياضهم بنَمِيرِ الماء وأَتْأَقها،،

فسقى ديارك غيرَ مفسدِها
صوبُ (1) السحاب وديمة تهمى   الخ

Haec praefatio, floridâ et resonanti prosâ (ut totus libellus) et insertis multis poëtarum versibus scripta, pergit ad pag. 3 in f., et ibi scriptor narrare incipit, quid sibi acciderit, quodque in hoc libello describere sibi proposuerit: nempe pulchro die verno se exiisse ut in hortis obambularet, subito vero se vidisse agmen pulcherrimarum mulierum, in quibus una erat elegantiâ et formositate reliquas superans; statim amore captum se has mulieres adiisse omnesque quidem allocutum esse, sed cum illâ longiorem sermonem instituisse; hanc ipsi tunc respondisse, elegantissimâ et facetissimâ oratione utentem, eique imprudentiam, quod amori indulgeret, exprobrasse: sic tamen amorem suum magis inflammatum esse, et majorem in modum identidem increvisse, quo diutius cum eâ puellâ colloqueretur eamque venuste respondentem audiret: tandem vero eam abiisse et se quoque domum rediisse, sed amore deperditum et fracto animo. Deinde puellam (i. e. imagi-

---

(1) Al-Maqq. II, p. ٥٩٥ الربيع.

nem ejus, الطيف) noctu ei apparuisse et dormientem beatum, sed expergefactum miserum reddidisse. — Haec res est quam auctor fuse exposuit in hoc libello, prosâ elegantiore scripto, insertis saepissime versibus poëtarum, in eodem argumento describendo versantium (1).

Aliud exemplar mihi non innotuit.

N. LXIII.

(Ex Willm. Cat. n. 172, p. 26. Ab hoc emtus est e bibl. Bruin*ii* (n. 73), qui eum comparaverat e bibl. Willemsen*i*, in cujus Catal., conjunctus cum aliis, est n. 1824, p. 167.)

Liber in 4°, 8 paginarum, involucro chartaceo tectus, et compactus orientalem in modum. G. J. Lette a° 1746 Lugduni Batav. eum descripsit.

Continet خطبة المتزوّجين لبعض الظرفاء, *oratio jocosa, quâ aliquis suo exemplo miseriam matrimonii ostendit et vitam caelibem commendat* (2). Haec oratio reperitur in Codice Bibl. Senat. Lipsiensis (Fleischer, *Cat.* n. CCXCVI, fol. 68 r. —71 r., p. 534), qui varia complectitur a يوسف ابن نعمة الحمويّ (e Sec. 11° H.) collecta. Ex hoc Codice suum olim descripserat Reiske*us*, atque e hujus apographo denuo illum descripsit Lettius. Margini additae sunt ejus et Reiske*i* notae.

---

(1) Pag. 38 Auctor laudibus effert poëtam, e suâ urbe natali oriundum, nempe: مجد الدين ابن الظهير الحنفي الاربلى, pag. 6 item alium, quem الحاجرى الاربلى vocat. Conf. praeterea Tydeman, *Specimen, exhibens conspectum operis Ibn Chalikani*, p. 58 n. 4).

(2) Sunt verba Fleischer*i*.

N. LXIV.

(Ex Willm. Cat. n. 198, p. 29. Ab hoc emtus est e bibl. Bruin*ii* (n. 73), qui eum comparaverat e bibl. Willemsen*i*, in cujus Cat. est idem numerus atque praeced. 1824, p. 167.)

Liber in 4°, 24 paginarum, involucro chartaceo tectus orientalem in modum et bene conservatus. Anno 1746 exaratus est a G. J. Lette.

Liber exhibet narratiunculas, e. g. de Hārūn ʿ*ar*-Rašīd*o* et Abū-Nowās*o*, quas, a Reiske*o* ex eodem Cod. Lipsiensi (Fleischer, *Catal.* n. CCXCVI, pag. 534) descriptas, ex hujus apographo denuo descripsit Lette*us*. Notae paucissimae cum Reiske*i* tum Lette*i* in margine reperiuntur.

N. LXV.

(Ex Willm. Cat. n. 203, p. 30. Ab hoc emtus est e bibl. Bruin*ii* (n. 67), qui eum comparaverat e bibl. Willemsen*i*, cujus vide Catal. p. 166 n. 1815.)

Codex in 4°, foliorum 177, quorum tamen major pars alba est, ceterum Mauritano charactere negligenter exaratus, et bene compactus. Anni nota nullibi exstat; quantum vero ex habitu et historiâ Codicis patet, certe duobus fere seculis ante scriptus est. Ad libros pertinet, qui nobis *adversaria* dicuntur, et fragmenta continet brevissima, hîc illîc inserta, quae magiam, theologiam aut poësin spectant. Codicem vero ad Litteras Humaniores retuli ob fragmentum, quod ceteris longe eminet tam ambitu quam argumento. Legitur hoc fol. 18—28, complectens fere totam historiam الورد فى الاكمام وانس الوجود, e MI Noctibus petitam, cujus tamen initium et finis in Codice nostro desiderantur. Hîc nempe ea pars reperitur, quae in ed. Habichtianâ exstat Tom. V, p. ٣٩-٨٨ .

Reliqua, quae in hoc Codice occurrunt (ut fol. 1—8,

praecepta magica praesertim e Qor'āno, fol. 9—10 historia Salomonis, filii Davidis, obviam euntis feminae ام الصبيان, e Diabolo oriundae, preces porro fol. 71, 78 r., 123 v. sq., 137 v. sqq. cet.), singula enumerare molestius sane quam utilius foret. Placet potius memorare, *complura* carmina varii argumenti (1) passim occurrere, quae semper fere ét brevissima sunt ét nomine auctoris carent. Poëtae autem, qui afferuntur, omnes fere Hispani sunt, sec.° H. 6 et 7 florentes, iique hoc nomine non indigni. Sic fol. 53 r. versus leguntur, quibus haec inscribuntur: هذه الابيات منسوبة لابى الحسن بن عبد الله بن هارون المالقى فى (2) القاضى ابى الفضل عياض رحمه الله, quorumque hic primus est:

(الكامل) ظلموا عياضا وهو يحلم عنهم

والظلم بين (3) العالمين قديم

Fol. 56 r. alii versus exstant للاديب البارع النحرير (sic) القاضى فخر الدين ابن مكناس رحمه الله, sic incipientes:

يا من يطوف بكاس

بالله كن لى مؤاس

Fol. 65 v.—66 r. legitur carmen, cui inscribitur:

---

(1) V. c. mystici, erotici cet.

(2) + 544 (v. 'Ibn Ćall. Vit. ٥٢٢). Occurrit ap. 'al-Maqqarī I, p. ٣٢١, ٣٥٨ et II, p. ٤٩.

(3) Cod. العلمين.

قال الفقيه (1) ابو بحر كتب الىّ الاديب (2) ابو الحسن بن حزمون من حضرة مراكش الى مُرْسِيَة عام ٥٧٩ [i. e. ٥٧٩], cujusque initium est:

(الكامل) سحبت ذيول الوشى من صنعاء
افنان دوح الروضة الغيناء

Post responsum Abū Bahri, cujus verba initialia tantum adducuntur (مالك بعطف البانة الغيناء الخ), statim sequitur: وكتب من شاطبة الى الاديب (3) ابى عبد الله بن ادريس شهير بمرج كحل. Sunt 2 versus, qui ut 4 illi, quibus (sic) مرج كحل ei respondit, in يس cadunt.

Fol. 159 v.—158 r. (4) carmen exstat, cui inscriptum est: قال الاديب الشاعر الكاتب (5) ابو اسحق ابرهيم بن ابى العيش بن سهل الاشبيلى الاسرائلى وقد مدح النبى صلعم باماديح تدلّ على مفارقته لدين اسلافه. Cadit in با et sic incipit:

---

(1) Est ابو بحر صفوان بن ادريس + 598 (v. Hammer *Lit.-gesch. der Ar.* VII S. 862). Saepius memoratur ap. 'al-Maqqarī.

(2) Occurrit item ap. 'al-Maqq. II, p. ٣١۴.

(3) Vixit Sec. 6 exeunte (v. Hammer *Lit.-gesch. d. Arab.* VII S. 858, 'Ibn Call. Vit. ٢٩٧, p. ٨٣ (ed. Wüst.), 'al-Maqqarī II, p. ۴٠٣ et ٥٣٩).

(4) Sic, quia folia 158—177 inverso ordine in Codice exstant.

(5) + 649 (v. inpr. 'al-Maqq. II, p. ٣٥۴).

(الكامل) طرقت منقبة تروم تحجّبا
هيهات يأبى البدر ان يتحجّبا

Ejusdem poëtae, ابن سهل dicti, etiam alibi nonnulla carmina reperiuntur, sic f. 158 r. 5 versus in بة cadentes, f. 160 v.—159 r. carmen in ار cadens et f. 56 v. aliud in يد desinens.

Fol. 159 r. denique carmen exstat 'Abbāsi 'ibn Mirdās, quod in س cadit, et sic incipit (1):

(الكامل) يايها الرجل الذى تهوى به
وجناء مُجْمرة المناسم عرمس

Ad historiam Codicis illustrandam conducit, nisi fallor, nota, quae fol. 156 r. legitur et sic se habet: *Acktum in 't* (2) *lantsschip het wapen van medenblick ghekommandeert door den EE here vijs'-admerael flugh van enckhuysen kruysende op de oostinne vaerders.* Hinc enim patere videtur, Codicem esse praedam ante a. Chr. 1673 (3) mari hostibus ereptam.

N. LXVI.

(Ex Willm. Cat. n. 200, p. 30. Ab hoc emtus est e bibl. G. Colonii.)

Liber in 8° maj., 46 paginarum, involucro chartaceo compactus orientalem in modum. Descriptus

(1) Est idem carmen, quod reperitur ap. 'Ibn Hišām p. ٨٦٣, l. 8 — p. ٨٦٤, l. 3.

(2) Duo vocabula priora paullo obscurius scripta sunt.

(3) Flugh*ium* illum eumdem habeo ac David*em* Vlugh, de quo v. Mr. J. C. de Jonge, *Geschied. van het Nederl. Zeewezen*, Tom. III, p. 243 et 417, et Brandt en Centen, *Historie van Enkhuizen* locis in Indice laudatis. Vir hicce fortissimus a° 1673 in proelio cecidit.

est a Georg. Colonio, discipulo J. J. Schultens*ii*, e Codice tunc temporis magistri, nunc vero Bibl.[ae] Lugd. Bat. 1292 c (Schult.) p. 1—55, v. Dozy, *Catal.* I, p. 351.

Continet حكاية التاجر والجني, historiam e MI Noctibus petitam, nempe Noctem 1[am] et sqq. (ed. Habicht. I, p. ٣٢ sqq.).

N. LXVII.

(Ex Willm. Cat. n. 201, p. 30. Incertum, quomodo ad hunc venerit.)

Liber in 8° min., 22 paginarum, ligaturâ chartaceâ ligatus orientalem in modum. Scriptus esse mihi videtur ab A. F. Woltersdorf*io*, quod tum annus 1773 a Willmet*o* in Codice notatus, tum etiam forma libri externa comprobant. Continet duas narratiunculas, *alteram* cui finis deëst (complectitur tantum $1^1/_2$ pag.): حكاية صارت فى بغداد بين رجل حكيم ورجل طباخ, *alteram* integram (20 pagg.): خبر القهرمانة والترجمانة والشاب ابن الملك وما جرا بينهم من المشاجرة وما صار بينهم (1).

N. LXVIII.

(Ex Willm. Cat. n. 202, p. 30.)

Liber in 4°, 8 paginarum, involucro chartaceo tectus orientalem in modum. Ipsius Willmet*i* manu descriptus est ex apographo Scheidiano Codicis Ms. Ar. J. J. Schultens*ii*, qui Codex nunc in Bibl. Lugd. Bat. est 1292 b, v. Dozy, *Catal.* I, p. 351.

Continet initium historiae decem wezīrorum (Cod. 1292 b, pag. 1—7), cf. MI Noct. ed. Habicht. VI, p. ١٩١ sqq.

---

(1) Hic inscriptio abrupte desinit.

G. Poëtici argumenti.

N. LXIX.

(Ex Willm. Cat. n. 106, p. 18. Ab hoc emtus est e bibl. E. Scheidii, cujus vide Cat. p. 89 sq., n. 16. Hic a° 1769 ex Oriente eum accepit.)

Codex in 4°, paginarum 257, totus, solâ paginâ 1ª exceptâ, unâ eâdemque manu charact. نسخى perspicue scriptus et bene compactus. Paginam 1am, manu item antiquâ exaratam, sed quodammodo laesam, recentior Codicis possessor fortasse repetivit, ne damnum ei illatum cresceret, laesaeque integram praefixit. Vocales ubique tam in carminibus quam in Commentario appictae sunt, et margo complura scholia offert, quae tamen passim temporis injuriam gravem in modum passa sunt. Ceteroquin Codex hicce est pretiosissimus. Textum exhibet valde emendatum, et, ut clausula docet, mense Šawwālis ai Ar. 545 exeunte scriptus est ab علی بن الحسن (sic!) الوليد.

Continet: 1° a pag. 1—246, septem Mo‛allaqāt cum Commentario Abū-Abdi'lláh al-Ḫosain ibn-Aḫmed az-*Zauzánī* (+ 486). Hocce exemplar, quod Arnoldius editioni suae non adhibuit, seculo 6to exeunte coram praeceptore quodam lectum et cum altero exemplari collatum esse dicitur (1).

---

(1) En ipsa verba (p. 246): بلغت القراءة علی الشيخ الامام دام فضله (margo x abstulit) فی منتصف ربيع الاخر سنة ٥٩٣. Ad opus nostrum, nisi fallor, item pertinent verba, quae paullo inferius leguntur: تمّت المعارضة بنسخة مقروءة علی الامام الاجلّ نجم الدين شرف

2° a pag. 247—257, poëma ·an-Nābigāe cum Commentario Ālīī ·al-Wāhidīī (+ 468). Hoc poëma editurus de Sacy apographo e Codice nostro desumto usus est (*Chr. Arab.* II, p. ١٤٣-١٤٩, coll. p. 423, ed. 2ae). Quanti pretii hocce etiam exemplar sit, apparet e sequenti notâ, ei (p. 246) praefixâ: عارض القصيدة النابغيّة بشرحها صاحبها الحسن بن محمد ابن الحسن المهدى البيهقى بنسخة مقروءة على الشيخ الامام الاجلّ الزاهد سيد القراء فخر العلماء (1) ابى جعفر احمد بن على المقرى البيهقى رحمه الله وهذه حكاية خطه (l. خَطِّه) الشريف على ظهرها: قرأ علىّ هذه القصيدة بشرحها صاحبها الشيخ الامام الجليل جمال العلماء ابو جعفر محمد بن ابى الفضل (2) الصائغى البيهقى اعزّه الله (3) وكتبه ابو جعفر احمد بن على المقرى البيهقى بخطّه.

Ceterum, si modo supra dicta observes, de nostro Codice conferri meretur Menil *Antarae Moallakah*, Lugd. Bat., 1816, p. 30—32.

الاسلام بديع الزمان نور العراقيين يوسف بن محمد الخوى رحمه الله فى رجب سنة ٥٩٢.

(1) Vir notissimus, + 544 (v. *Sojutii liber de interpr. Korani* ed. Meursinge p. ٤ n. ٥).

(2) Cod. الصادعى.

(3) Cod. وكتبه.

N. LXX.

(Ex Willm. Cat. n. 105, p. 17.)

Liber in 4°, 57 paginarum, ipsius Willmet*i* manu scriptus a. 1774, et ligaturâ chartaceâ bene compactus. Continet 1° p. 1—42 e septem Mo'allaqāt 5 sequentes: 'Antar*ae*, Zohair*i*, Labīd*i*, Ḫārit*i* et 'Amri ben Koltūm; duas enim reliquas quippe editas omisit. Textum, additis variantibus lectionibus, constituit e Codd. Lugd. Bat. 628, 292, 68 (v. Dozy *Cat.* II, p. 1—3) et Amstel. 106 (v. N. praec.); notas praeterea frequentes adjecit (1). — 2° p. 45—47 octo versus priores carminis 'aš-Šanfarā*i*, Commentario adjecto, descriptos e Cod. Lugd. Bat. 68; hi versus collati sunt cum Cod. Amstel. 110 (v. mox N. LXXXI). — 3° p. 49—54 carmen 'a*n*-Nābig*ae*, sine scholiis, petitum e Cod. Amstel. 106 (v. N. praec.), et collatum cum editione Sacyanâ (in *Chr. Ar.*) priore. — 4° p. 56 et 57 pericopen 'al-Meidānī*i*, ad Labīd*um* spectantem, quae exstat Cap. 21 n. 49 ad prov. قد قيل ذلك ان حقًّا وان كذبًا. Fontem citat »Codicem Reiske*i*" (2).

N. LXXI.

(Ex Willm. Cat. n. 104, p. 17. Ab hoc emtus est e bibl. Walraven*i*, in cujus vero Catal. seorsim non memoratur.)

Liber in 4°, 8 paginarum, manu Schroeder*i* scri-

(1) Hoc apographon inter alia inservivit editioni operis, jam supra laudati, c. t. *Antarae Moallakah.*

(2) Codicem intelligit, nisi fallor, qui paullo ante Reiske*i* mortem in potestatem venit Clar.i Scheidii. — De hac 'al-Meidānī*i* pericope disseruit Willmet*us* in suâ *Commentatione de vitâ Labîdi*, 1814, p. 258 seqq. (insertâ in *Comment. Latin. 3ae classis Instit. Reg. Belg.* Vol. I).

ptus et involucro chartaceo tectus orientalem in modum. Est apographon e Cod. Lugd. Bat. 292 (v. Dozy *Cat.* II, p. 3) desumtum et non nisi 4 pagg. priores (praefationem et 4 versus) continet commentarii at-Tibrīzī*i* (+ 502) in septem Mo:allaqāt.

N. LXXII.

(Ex Willm. Cat. n. 108, p. 18.)

Liber in 4°, 17 paginarum, quarum tamen una, nempe 6a, vacua relicta est. Ligaturâ chartaceâ ligatus est orientalem in modum, et ipsius Willmet*i* manu scriptus est a. 1802.

Codice Warn. 1103(1) continetur textus Arabicus Mo'allaqa*e* 'Imro'’l-Qais*i* cum versione Latinâ nonnullisque notis. Est L. Warner*i* autographon. *Notas* vero hîc obvias a. 1747 descripsit G. J. Lette, iisque addidit variantes lectiones, quas Codd. Lugd. Bat. 628, 292 (v. Dozy, *Cat.* II, p. 1 et 3) et 901 (1) (v. ibid. p. 33 sq.) ad hoc carmen exhibent. Ex hoc igitur Lette*i* autographo Willmet*us* librum nostrum descripsit.

N. LXXIII.

(Ex Willm. Cat. n. 107, p. 18.)

Liber in 4°, 8 foliorum, quorum alternae tantum paginae, nempe rectae, conscriptae sunt. Ligatura est ut Num.i praecedentis eodemque modo a Willmet*o* scriptus est a. 1802. Continet annotationes L. Warner*i* ad 40 versus priores Mo:allaqa*e* 'Imro'’l-Qais*i*, quas ex apographo Codicis Lugd. Bat. 1103 (2) Warn., quod fecerat G. J. Lette, itidem descripsit Willmet*us*. Warner*i* autem autographon annotationes complectitur ad totam Mo'allaqa*m*; apographon igitur nostrum est imperfectum.

N. LXXIV.

(Ex Willm. Cat. n. 109, p. 18. Ab hoc emtus est e

bibl. Bruin*ii* (n. 71), qui eum sibi comparaverat e bibl. Willemsen*i*, cujus vide Catal. p. 166 n. 1822.)

Liber in 4°, 60 paginarum, involucro chartaceo tectus orientalem in modum, et a. 1746 manu G. J. Lette*i* scriptus. Continet Lette*i* notas in totam 'Imro'l-Qais*i* Mo'allaqa*m*.

Observare juvat, tres libros postremos multa exhibere, quae non edita sunt a Lette*o* in libro c. t. *Caab ben Zohair, item Amralkeisi Moallakah*, Lugd. Bat., 1748. Praesertim hoc valet de nostro Num., in quo Willmet*us* omnia inedita plumbo in margine notavit. De causâ, quare haec suppressa sint, auctor ipse exposuit in Praef. libri dicti, tradens hoc factum esse, »tum ob temporis penuriam, »tum quod breves esse debuimus, ne nimium cresce-»ret opusculum."

N. LXXV.

(Ex Willm. Cat. n. 115, p. 19. Ab hoc emtus est e bibl. Bruin*ii* (n. 73), qui eum sibi comparaverat e bibl. Willemsen*i*, in cujus Catal. hic, conjunctus cum aliis, est n. 1824, p. 167.)

Liber in 4°, 32 paginarum, involucro chartaceo tectus orientalem in modum, et manu G. J. Lette*i* a. 1745 perspicue scriptus. Continet Ca'b*i* 'ibn-Zohair carmen panegyricum in Mohammed*em* cum Commentario, quod Lette*us* testatur se descripsisse ex apographo J. J. Reiske*i* (v. in Notis ad *Tharaphae Moall.* p. 66 in f.); *hic* illud desumserat e Cod. Bibl. Sen. Lips. (n. CCXCVI in *Cat.* Fleischer*i* p. 533). Hoc suum Manuscriptum Lette*us* contulit cum Cod. Lugd. Bat. 68 Gol. (v. Dozy *Cat.* II, p. 3) et annotationibus instruxit; passim praeterea additae sunt notae autographae A. Schultens*ii*. Teste Catal.° Willemsen*i* (p. 166 n. 1821), apographum

nostrum aliud est quam id, e quo Lette*us* suam carminis Ca'b*i* editionem paravit (1).

N. LXXVI.

(Ex Willm. Cat. n. 116, p. 19.)

Liber in 4°, 12 paginarum, ligatus more Orientalium, et a. 1802 a Willmet*o* scriptus. Continet variantes lectiones et scholia fere integra, quae Cod. Lugd. Bat. 68 exhibet ad carmen Ca'b*i* 'ibn-Zohair. Ex apographo Lette*i* (2) hoc descripsit Willmet*us*.

N. LXXVII.

(Ex Willm. Cat. n. 117, p. 19. Ab hoc emtus est e bibl. Bruin*ii* (n. 71), qui eum sibi comparaverat e bibl. Willemsen*i* (n. 1822. p. 166), in cujus, ut et Bruin*ii*, Catal. hic junctus erat cum N. LXXIV (n. 109 ex Willm. Cat.).)

Liber in 4°, 76 paginarum, chartaceo involucro compactus, et a. 1746 a Lette*o* perspicue scriptus. Continet notas G. J. Lette*i* in carmen Ca'b*i* 'ibn-Zohair. Multa hîc reperiuntur, quae non occurrunt in editione; inedita Willmet*us* plumbo in margine notavit.

N. LXXVIII.

(Ex Willm. Cat. n. 102, p. 17. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Liber in 4°, 28 paginarum, bene compactus orien-

---

(1) Weyers*ius* possidebat apographon Schroeder*i* fere prorsus conveniens cum Lette*i* apographo.

(2) Videtur hoc Lette*i* apographon idem esse (v. ad N.um praeced.) atque apographon, e quo is carmen edidit, nempe n. 1821 ex Cat. Willemsen*i*, et n. 70 ex Cat. Bruin*ii*. Postea emtionis jure in potestatem venit J. J. Beusckamp*ii*.

talem in modum. Scriptus est manu ignotâ, eâdem, quae N.os XXXI, XXXIV, LIX et fortasse N.um XLVIII (ex Willm. Cat. n. 70, 69, 165 et 157) exaravit. Continet apographum exiguae partis Dîwâni Hodail*itarum* cum Commentario 'as-Sokkarî*i*, nempe pagg. ٣٦-١ ex edit. Kosegarten*ii*, desumtum e Codd. Lugd. Bat. 549 et 1501 (v. Dozy *Cat.* II, p. 6—19).

N. LXXIX.

(Ex Willm. Cat. n. 103, p. 17. Incertum, quomodo ad hunc venerit.)

Liber in 4°, 5 paginarum, involucro chartaceo tectus orientalem in modum, et scriptus manu, ut videtur, N. G. Schroeder*i*. Continet partem perexiguam ejusdem operis, nempe pagg. ٩-١ ex ed. Kosegarten*ii*, e solo Cod.is Lugd. Bat.i 1501 apographo Alberti Schultens*ii*, descriptam. Scholia etiam hîc adjecta sunt.

N. LXXX.

(Ex Willm. Cat. n. 114, p. 18 sq. Ab hoc emtus est e bibl. Walraven*i*, cujus vide Catal. p. 58 n. 25.)

Liber in 4°, 11 paginarum, ligaturâ chartaceâ compactus, et manu N. G. Schroeder*i* bene scriptus. Continet initium tantum collectionis elegiarum factae ab 'Ibno'l-A'râbî (+ circ. 230), ea nempe, quae in ed. Cl.i Wright *Opuscula Arabica*, Lugd. Bat., 1859, a pag. ٩٧ usque ad ١٠٢ med. leguntur. In hoc apographo, desumto e Cod. Lugd. Bat. 901 (2) Warn. (v. Dozy *Cat.* II, p. 19 sqq.), Schroeder*us* nomina poëtarum vulgo omisit eorumque loco posuit: [وقال اخر].

N. LXXXI.

(Ex Willm. Cat. n. 110, p. 18. Ab hoc emtus est e

bibl. J. P. Berg*ii*, cujus vide Catal. p. 438 n. 6837.)

Liber in 4° min., 6 paginarum, recenti ligaturâ compactus orientalem in modum, et nitidissime ac valde perspicue a Berg*io*, ut solet, descriptus. Continet carmen ·aš-Šanfarā*i*, لامية العرب dictum, cum paucis scholiis, petitum e Cod. Lugd. Bat. 527 (2) Warn. (v. Dozy *Cat.* II, p. 35). De alio Willmet*i* apographo, 8 versus priores hujus carminis exhibente, supra jam vidimus (N. LXX, 2°, ex Willm. Cat. n. 105.)

N. LXXXII.

(Ex Willm. Cat. n. 111, p. 18. Ab hoc emtus est e bibl. J. P. Berg*ii*, cujus vide Catal. p. 438 n. 6838.)

Liber in 4° min., 12 paginarum, cujus habitus externus idem est qui Numeri praecedentis, ac nitide item scriptus a Berg*io*, vocalibus e Cod. additis. Continet Dīwān*um* ·al-Ḫādira*e*, a G. H. Engelmann a° 1858 editum, totum cum scholiis descriptum e Cod. Lugd. Bat. 115 Gol. (v. Dozy *Cat.* II, p. 35 sqq.). Paucissima in margine annotavit Willmet*us*.

N. LXXXIII.

(Ex Willm. Cat. n. 112, p. 18. Ab hoc emtus est e bibl. J. P. Berg*ii*, cujus vide Catal. p. 438 sq. n. 6839.)

Liber in 4° min., 12 paginarum, comparatus ut duo N[ri] praecedentes, itemque a Berg*io* scriptus, additis vocalibus. Continet Dīwān*um* Tahmān*i* cum Commentario ·as-Sokkarī*i* (+ 275), petitum e Cod. Lugd. Bat. 657 (4) Warn. (v. Dozy *Cat.* II, p. 38 seqq.). E Cod. nostro Warn. nuper hic Dīwān editus est a Cl.° Wright in libro jam laud. *Opuscula Arabica*, p. ٨٩-٧٥ .

N. LXXXIV.

(Ex Willm. Cat. n. 113, p. 18. Ab hoc emtus est e bibl. J. P. Bergii, cujus vide Catal. p. 439 n. 6841.)

Liber in 4° min., 3 paginarum, comparatus ut N.ri proxime praecedentes, et a Bergio etiam nitide scriptus. Continet e Dīwāno Ğarīri (+ 110) carmen satyricum, quo hic poëta ·al-Ba'ītum (البَعيث) perstrinxit, addito Commentario. Descriptum est ex apographo Reiskeano Codicis Lugd. Bat. 633 Warn. (v. Dozy *Cat.* II, p. 41 sqq.), in quo Codice illud legitur a fol. 79 r. — 82 r. Apographum autem nostrum vitiis minime caret.

N. LXXXV.

(Ex Willm. Cat. n. 131, p. 21. Ab hoc emtus est e bibl. Walraveni, in cujus Catal. hic, conjunctus cum aliis, est n. 21, p. 58.)

Liber in 4°, 26 paginarum, involucro chartaceo tectus orientalem in morem, et bene conservatus. Scriptus est manu J. J. Reiskei fere sine vocalibus. Continet initium Dīwāni poëtae *Abū-Tammām* Ḥabīb ·ibn-Aus (+ 231), desumtum e 2 Codd. Lugd. Bat. 899 et 403 Warn. (v. Dozy *Cat.* II, p. 45—47). E libro *primo* hujus operis paginae 17 priores Codicis 899 hîc reperiuntur usque ad carmen, quod compositum est in laudem ·al-Ḥasani ·ibn-Wahb (v. Dozy l. l. p. 46). Usque ad pag. 6am apographi nostri omnia petita sunt e Cod. 899, quem Reiskeus *minorem* vocavit; quae deinde sequuntur ex utroque Codice sunt desumta, ita ut variantes lectiones et nonnunquam scholia, e Cod. 403, sive *majore*, excerpta, adjiciantur.

N. LXXXVI.

(Ex Willm. Cat. n. 118, p. 19. Ab hoc emtus est e

bibl. E. Scheidii, cujus vide Catal. p. 90 n. 20 (1). Hic a° 1767 ex Oriente eum accepit.)

Codex in 4° maj., paginarum 273, charact. نسخى perspicue scriptus et bene compactus. Vocales tam Commentario quam textui additae sunt. E clausulâ patet, scribam الحسن بن ابى الفتح بن ابى النجم ابن وَزِير Bagdāde eum absolvisse die Sabbathi 6° mensis Ģomādāe prioris a. 587 (2). Continet carmen ·*al-Maqçūra* dictum ·ibn-Doraidi (+ 321) cum Commentario Abū-Abdi'lláhi ·al-Hosain ·*ibn-Cālawaihi* (+ 370). Codex est optimae notae, qui ét praefationem ét passim Commentarium offert breviorem quam Cod. Warn. 475 (3) (v. Dozy *Cat.* II, p. 47), qui idem opus exhibet. Vitam ·ibn-Doraidi, ex ·ibn-Call. descriptam, Scheidius huic Codici praemisit.

N. LXXXVII.

(Ex Willm. Cat. n. 119, p. 19. Ab hoc emtus est e bibl. Bruinii (n. 73), qui eum sibi comparaverat e bibl. Willemseni, in cujus Catal. hic, conjunctus cum aliis (ex Willm. Cat. n. 122, 172, 198 et 115), est n. 1824, p. 167.)

Liber in 4°, 45 paginarum, involucro chartaceo tectus orientalem in modum, et a° 1746 bene scriptus manu G. J. Lettei. Notae, quas in Willmeti Cat.° A. Schultensius adscripsisse dicitur, nihil sunt nisi exilia excerpta in pagg. 1 et 2, e Catalogo Hey-

---

(1) Hinc levis error tollendus e Cat. Dozyi II, p. 48. N. 118 Bibl. Instit. Reg. Neerl. non est apographum, sed ipse ille Scheidii Codex (n. 20).

(2) Inde igitur patet, exemplar nostrum antiquitate superare Berol. (MS. Wetzstein n. 54 in *Z. d. D. M. G.* V, p. 283.)

(3) In Cod. Warn. 475 post fol. 50 parva est lacuna. Korrāsa 6ª loco 10 tantum 7 folia complectitur.

mann*iano* desumta (v. Dozy *Cat.* I, p. 17 n. XXVI), ubi nempe hic Cod.em Gol. 121 describit. Continet hic liber idem carmen 'ibn-Doraid*i*, descriptum, ut certo mihi apparuit, e Codd. Lugd. Bat. 121 (1) et 1072, a Lette*o* *majore* et *minore* dictis. E Cod. 121 tam n. (1) quam n. (2) (v. Dozy *Cat.* II, p. 47 et 51) in usum suum adhibuit, ac variantes lectiones et scholia, e Cod. 121 maxime excerpta, passim adjecit. E Catal. igitur Dozy*i* l. l. ea emendentur, quae Lette*us*, eumque secutus Willmet*us*, de Commentariis in Codd. obviis protulerunt.

N. LXXXVIII.

(Ex Willm. Cat. n. 120, p. 19. Ab hoc emtus est e bibl. Walraven*i*, cujus vide Catal. p. 58 n. 20.)

Duo libri in 4°, ambo ligaturâ chartaceâ compacti orientalem in modum, et manu Schroeder*i* (2) non quidem eleganter, sed perspicue scripti. Ex his 120 idem carmen exhibet cum iisdem scholiis. Apographum esse videtur Num.i praecedentis; cum eo saltem prorsus congruit; solummodo hîc illic pauca Schroeder*us* addidit. Sunt 42 pag. — 120*b* continet versionem Latinam carminis cum annotationibus. His Schroeder*i* laboribus Scheidius usus est ad suam poëmatis versionem concinnandam, quod ipse testatur in *Praefatione.* Sunt pagg. 95, quarum nonnullae tamen bis occurrunt; pagg. nempe 74—80 idem offerunt quod pagg. 81—86.

---

(1) Ordinem foliorum in hoc Cod. Goliano turbatum, numeris adscriptis, restitui.

(2) Diversitatem, quae in n. 120 *b* observatur inter manus, quae pagg. 1—80, et quae p. 81—95 exararunt, non eam esse censeo, quae nos cogat paginas 80 priores Schroeder*o* abnegare.

N. LXXXIX.

(Ex Willm. Cat. n. 121, p. 19. Incertum, quomodo ad hunc venerit.)

Libellus in 4°, 6 paginarum, involucro chartaceo tectus orientalem in modum, et bene conservatus. Scriptus est manu N. G. Schroeder*i*, qui ipse hunc titulum praefixit: »*Collatio poëmatis ibn Doreidis cum Codice Cel. Schultensii*". Varias lectiones et scholia exhibet ad 25 versus priores carminis nostri. De variis lectionibus ex hoc A. Schultens*ii* Codice jam egit Ven. A. Haitsma in editione hujus carminis a. 1773 p. 154 sqq.; scholia vero ab iis non differunt, quae ibidem inde a pag. 2 ad calcem paginarum typis expressa sunt.

N. XC.

(Ex Willm. Cat. n. 135, p. 21. Ab hoc emtus est e bibl. E. Scheidii, cujus vide Catal. n. 21, p. 90. Hic a° 1767 eum accepit.)

Codex in 4°, paginarum 272, charact. نسخى, distincte scriptus et bene conservatus. Vocales et scholia nonnumquam addita sunt. Neque nomen librarii neque annus, quo opus absolutum sit, memorantur, sed e Codicis habitu efficeres eum recentioris esse aetatis. Continet Dīwān*um* ·al-Motanabbi*i* (+ 354), ordine chronologico. Pars Codicis prior (p. 1—120) continet carmina dicta الصبويات, pars altera السيفيات (p. 121—207), مدائح ابى المسك كافور الاخشيدى (p. 208—227) et sic porro. Variantes lectiones passim huic exemplari adscripsit et alia nonnulla praeterea notavit N. G. Schroeder*us*. De Codd. Lugd. Bat. v. Dozy *Cat.* II, p. 52 sq.

N. XCI.

(Ex Willm. Cat. n. 129, p. 20. Ab hoc emtus est e bibl. Walraven*i*, cujus vide Catal. p. 58 n. 22.)

Liber in 4°, paginarum 226, eâdem manu ignotâ scriptus, quae nobis jam saepius obvia fuit, v. ad N. LXXVIII (ex Willm. Cat. n. 102). Bis (p. 45 et p. 158) auctor notavit, se hujus libri partes a. 1752 Oxoniae descripsisse, cf. ad N. XXXI (n. 70 ex Willm. Cat.). Continet carmina XIII priora operis سقط الزند, auctore poëtâ Ȧbū-'l-Ȧlā. 'al-Maːarrī (+ 449), cum scholiis et variantibus lectionibus. Apographum hocce, quod, quia cum judicio factum est, pretio minime caret, desumtum est tum e Codd. Lugd. Bat. 112 et 472 (v. Dozy *Cat.* II, p. 54 et 55), tum e Codd. Bibl. Bodl. (ut videtur n. 1211 et 1256). Praemittitur praefatio 'a*t*-Tibrīzī*i* e Cod. L. Bat. 472.

N. XCII.

(Ex Willm. Cat. n. 130, p. 21.)

Liber in 4°, 112 paginarum, involucro chartaceo tectus orientalem in modum, et a. 1774 ipsius Willmet*i* manu scriptus. Continet carmina XXIV priora ejusdem operis cum scholiis, nitide descripta e Cod. Lugd. Bat. 472 (p. 1—173). Carmen tertium praeterea Willmet*us* contulit cum apographo (1) J. P. Berg*ii* (Cat. n. 6840, p. 439).

N. XCIII.

(Ex Willm. Cat. n. 128, p. 20. Ab hoc emtus est e bibl. Walraven*i*, in cujus Catalogo hic, conjunctus

---

(1) Etiam hoc apographum postea venit in potestatem Beusekamp*ii*, v. supra p. 123 n. (2).

cum N. LIII et LXXXV (ex Willm. Cat. n. 158 et 131), est n. 21, p. 58.)

Liber in 4°, 42 paginarum, manu J. J. Reiskei scriptus et bene compactus. Continet carmina nonnulla ex opere لزوم ما لا يلزم ejusdem poëtae, desumta e Cod. Lugd. Bat. 100 (v. Dozy *Cat.* II, p. 55 sq.), ea nempe, quae in eo Cod. leguntur a p. 33—49 (1).

N. XCIV.

(Ex Willm. Cat. n. 127, p. 20. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Liber in 4°, 2 tantum paginarum, librorum quos manus ignota, jam saepius nobis obvia, exaravit ultimus (2). Continet carmina nonnulla ex eodem opere ejusdem poëtae, item descripta e Cod. Lugd. Bat. 100. Exhibet ea, quae in eo Cod. p. 234, 232 et 174 leguntur.

N. XCV.

(Ex Willm. Cat. n. 132, p. 21. Ab hoc emtus est e bibl. Walraveni, cujus vide Catal. n. 23, p. 58. Hic eum emerat e bibl. Vener.i A. Buurt.)

Codex in 4° min., 305 paginarum, charact. نسخى scriptus et optime conservatus. E clausulâ apparet librarium 'Ibrāhīm 'ibn-Facro'*d*-dīn 'ibn Abī 'al-Faḍl die Veneris 29° mensis Ḍū'l-Ḥigga a. Ar. 826 eum absolvisse. Continet volumen 2um Commentarii غيث

(1) Alterum Codicem L. B. 906 (*Cat.* II, l. l. p. 57) huic apographo a Reiskeo non adhibitum fuisse, jam statim confirmat magna lacuna, in eo f. 36 v. obvia. Ibi enim librarius fraude utens paginas 7 Cod.is 100, nempe 35—42 transiit.

(2) Hi libri sunt Num.i XXXI, XXXIV, XLVIII, LIX, LXXVIII, XCI (ex Willm. Cat. n. 70, 69, 157, 165, 102, 129) et Num. noster.

الادب الذى انسجم ، فى شرح لامية العجم», quem Çalāḫo'*d*-dīn Ċalīl 'aç-Çafadī (+ 764) composuit (ut titulus jam indicat) in 'at-Tograyīi (+ 515 (1)) لامية العجم. In hoc volumine explicantur 17 versus, in ultimo Codicis folio notati, nempe vs. 9—25 ex edit.ᵉ infra laudatâ. Alia exemplaria hujus Commentarii, cujus Bibl. Lugd. Bat. non nisi epitomen (Cod. 1036 et 147) possidet, enumerantur a Cl.⁰ Dozy *Cat.* II, p. 62 (Hafn. est n. 263, et Caes. Petr. n. 136).

N. XCVI.

(Ex Willm. Cat. n. 134, p. 21.)

Liber in 4° maj., 141 paginarum, ligaturâ chartaceâ compactus orientalem in modum, et ipsius Willmet*i* manu a. 1768 scriptus. Continet apographum totius Dīwān*i* poëtae Ȧbū-'l-Ḫasan 'as-Šošterī (2)

---

(1) Hic annus in 1° Codicis folio sub titulo traditur, quocum consentit 'Imādo'*d*-dīn in *'al-Ċarīdâ* (Cod. Lugd. Bat. 1036 f. 10 v.) et L. G. Pareau in ejus *Comment. de Tograji Carmine*, Traj. ad Rhenum, 1824. Ḫāgī Ċal. V, p. 292 tradit a. 514.

(2) ششتر, quod hîc spectatur, non est urbs Ċuzistān*is*, quemadmodum in Catall. Bibl. Lugd. Bat. (II, p. 99 n. 1) et Petrop. p. 125 legitur, sed قرية من عمل وادى آش. Hinc non Persa, sed Hispanus erat poëta noster, cujus plenum nomen fuit Ȧbū-'l-Ḫasan Ȧlī 'ibn-Ȧbdi'llâh; obiit Dimjāt*ae* 17° mensis Çafar a. 668; v. 'al-Maqqarī I, p. 583 sq. In Catal. Bibl. Escur. II, p. 112 perperam dicitur a. 708 obiisse, nam eâdem 'ibno'l-Ċatīb*i* auctoritate fretus, 'al-Maqqarī ejus mortem a° 668 statuit. Praeterea aliunde etiam constat (*W. Jahrb. d. Lit.* Vol. 73 *Anz. Bl.* p. 11 n. 458) poëtam nostrum sec.° H. 7ᵐᵒ annumerandum esse.

Haec Cl.° Dozyo significans, comperi eum jam antea 'ibno-'l-Ċatīb*i* *Iḫātam* consulentem, istum errorem animadvertisse, idque in Addendis et Emendandis ad Catal. suum tradere secum constituisse.

'an-Namīrī 'al-Fāsī (+ 668), desumtum e Cod. Lugd. Bat. 1273 (v. Dozy *Cat.* II, p. 99 sq.). Exemplaribus, a Cl. Dozy*o* memoratis, addatur Caes. Petrop. n. 137, et aliud in bibl. Quatremère*i*, nunc Monach. (v. Rödiger in *Z. d. D. M. G.* XIII, p. 233).

N. XCVII.

(Ex Willm. Cat. n. 124, p. 20. Ab hoc emtus est e bibl. Bruin*ii* (n. 72), qui eum sibi comparaverat e bibl. Willemsen*i*, cujus vide Catal. p. 167 n. 1823.)

Liber in 4°, 34 paginarum, involucro chartaceo tectus Orientalium more, et anno 1748 scriptus a G. J. Lette*o*. Continet carmen *'al-Borda* auctore Šarafo'*d*-dīn*o* Abū-Ābdi'lláh Mohammed 'al-Būçīrī (+ 694) cum Commentario viri docti Čālid 'ibn-Ābdi'lláh 'al-Azharī (+ 905). Lette*us* hoc carmen descripsit ex apographo Reiske*i*, quod hic fecerat e Cod. Bibl. Reg. Dresd. Est sine dubio Cod. n. 219 in Catal. Fleischer*i*, qui duplicem Commentarium ad carmen nostrum exhibet; prioris auctor est 'al-Bistāmī (+ 875), posterioris 'al-Azharī (+ 905) (1). Apographum vero nostrum e priore (qui designatur litt. A) particulam tantum praefationis exhibet, cetera omnia e posteriore (litt. B designato), A hîc illîc collato. V. infra ad N. CXXXI, 3° (ex Willm. Cat. n°. 32) de alio hujus carminis exemplari.

N. XCVIII.

(Ex Willm. Cat. n. 136, p. 21. Ab hoc emtus est e bibl. E. Scheidii, cujus vide Catal. p. 92 n. 30. Hic a. 1767 ex Oriente Codicem accepit.)

Codex in 4° min., 54 paginarum, in chartâ gossypinâ charact. نسخي satis perspicue, sed sine vocalibus, scriptus, et Scheidii curâ involucro char-

---

(1) Prior etiam Leidae servatur; v. Dozy *Cat.* II, p. 82, posterior non item.

tacco orientalem in modum tectus. Nomen librarii et annus quo is opus suum absolverit, non memorantur. Libri titulus item deëst. Statim post *bismillam* Codex sic incipit : الحمد لله الذى نظم بدائع غرر المبانى فى سلك الاتقان ٬ الخ. Absolutâ doxologiâ, auctor exordium ducit a laudandâ poësi, et ostendit quomodo Arabes ante et post Mo*h*ammed*em* enixe eam coluerint. Refert etiam se a pueritiâ inde ei operam dedisse, sed illam poëseos partem, quae in laudandis Principibus et viris magnis versatur, intactam reliquisse (solâ exceptâ laudatione Prophetae ejusque Sociorum), donec habitatum venisset in urbem regiam Šīrāz. Ibi enim a Sultāno et Vezīro magnis beneficiis affectum, se ad gratias his agendas eorumque laudes celebrandas fuisse impulsum. Postea vero accidisse ut, aliquot menses urbe regiâ relictâ, 'Içpahān*e* commoraretur, ubi disciplinâ utebatur viri alicujus docti. Magno favore hîc fruebatur Vezīri (quem hac occasione summis laudibus effert, sed cujus nomen *hīc* non nuncupat), cui eximio viro, quo grati animi sensus significaret, consilium se cepisse ait munus offerendi. Quod propositum ut exsequeretur, se bidui spatio, quae jam in hoc libello sequuntur, 29 carmina in ejus laudem confecisse, quorum singula ex ordine unam e litteris Alphabeti exhiberent, ita ut singuli rursus uniuscujusque carminis versus ab hac litterâ ét inciperent, ét in eamdem caderent. — Post hanc praefationem (pagg. 1—5), in quâ ergo poëta nec suum ipse nomen, nec nomen Vezīri, quem laudavit, tradidit, neque etiam huic poëmatum corpusculo peculiarem titulum assignavit, statim ea carmina incipiunt.

Primi carminis versus in initio et fine ا habent; in carmine *secundo* ibi exstat ب, et sic porro (1); in *penultimo* denique لا, et in *ultimo* ى.

---

(1) Deëst in hoc Codice unum folium inter p. 15 et 16,

Ut vero carmina numero sunt 29, ita singula fere 29 versibus etiam constant. In fine ultimi carminis liber simul desinit, nec quidquam subscriptum est nisi والله سبحانه وتعالى اعلم, quae aut ipsi auctori, aut, quod verisimilius est (1), librario tribuantur. Ex his carminibus manifesto apparet nomen Vezīri, qui 'Içpahāne sedem habebat, fuisse *Ģelālo* 'd-*dīn Ťūranšāh;* in primis hoc docet vs. 18 carm^is 1^i:

(الكامل)　اعنى جلالَ الدينِ تُورَنْشاه ذا الـ
　　ـكَرَم الذى اربى على الكرما

et sic *Ģelālo*'d-*dīni* sive *Ťūranšāhi* nomen in quovis fere carmine redit. Poëta suum ipse nomen professus est in fine totius libelli, ubi in exitu carminis ultimi haec leguntur:

(الخفيف)　يا جلالَ ٱلْعلى ٱسْتَمِعْ حسنَ نَظْمى
　　تناه من مدْحكم على الطّاءى
يَتَّمَنْ نَحْوكم قلائدُهُ ٱلْغُـ
　　ـرُّ قَوَازِ بالكوكب الدّرِى
يُعْجِزُ اللّسْنَ نَظْمُ وتسع (تِسْعٍ .l) وعِشْرِيـ
　　ـن بِيُوميْنِ مُدْعَنيْنِ بِعى
يتحدّى بها الذى يدّعى النّظْـ
　　ـمَ مِنَ النّاسِ أحْمَدُ بْن عَلِى

---

in quo finis carminis 6^i (ح) et major pars carminis 7^i (خ) scripta fuerunt.

(1) Non tantum enim in carm. 22° (ك) posterior pars versus 3^i, spatio vacuo relicto, deëst, sed etiam in carmine ultimo (ى), vs. 5 a f., ex alio exemplari varians lectio notatur eâdem manu, quae Codicem exaravit.

Hinc ergo certum quoque est, nomen poëtae fuisse *Ahmedem 'ibn-Ali*. Quando hic vixerit, statuere nequeo, sed recentioris mihi videtur esse aetatis.

In ultimo folio recentior manus adscripsit شرح القصائد السبعة المعلقة, fortasse ad emtorem decipiendum; eodem consilio in primo folio hoc adscriptum est:

شرح سبعة معلقة مشهورة (sic)
قصيده شرحى جزء
٢

quibus, nisi fallor, significatur hunc Codicem complecti *secundum* tomum *Commentarii* in septem Mo'allaqāt, ac nullus dubito quin haec 1mi folii inscriptio causa fuerit, cur hic Codex in Catal. Scheidii l. l. continere dicatur قصيدة شرحى, qui titulus in Willmet*i* Catalogo repetitus est.

H. Geographici argumenti.

N. XCIX.

(Ex Willm. Cat. n. 190, p. 28.)

Liber in 4°, 21 paginarum, quarum tamen alternae tantum conscriptae sunt, ligaturâ chartaceâ ligatus orientalem in modum, et manu Willmet*i* perspicue exaratus. Continet notas et emendationes, quas J. Scaliger adscripserat exemplari suo libri Geographici, Romae editi, c. t. كتاب نزهة المشتاق في ذكر الامصار والاقطار والبلدان والجزر والمداين والافاق, sive Compendii Geographiae 'al-Idrīsī*i*. Hoc exemplar servatur inter libros impressos Bibliothecae nostrae, ibique numerum gerit X. Q. 27. Ex eo igitur illa descripsit Willmet*us*, sed non sine vitiis, neque omnia, quae in exemplari Scaliger*i* exstant, recepit. Apographum enim desinit in pag. 179 textûs editi.

I. Historici argumenti.

N. C.

(Ex Willm. Cat. n. 177, p. 27. Incertum, unde ad hunc venerit).

Codex in 4°, 79 paginarum, charact. نسخى currente calamo sed satis perspicue scriptus et bene compactus. Sub finem mutilus est et anni notâ caret; antiquitate tamen se non commendat, neque textus a vitiis immunis est. Exhibet exiguam partem operis مروج الذهب auctore ʿal-Masʿūdīo (+ 346), nempe Cap. 25—35 ex indice Sprengeri (in versione hujus Operis p. 31—33). In ipso initio Cap.is 35i abrupte desinit. De Codicibus Lugd. Bat., e quibus Cod. 282 (p. 155—218) totam hanc partem item offert, v. Dozy *Cat.* II, p. 145 sq.

N. CI.

(Ex Willm. Cat. n. 173, p. 26. Ab hoc emtus est e bibl. Walraveni, cujus vide Catal. p. 58 n. 17; hic eum emerat e bibl. Venerandi A. Buurt).

Codex in 4⁰ maj., paginarum 216, charact. نسخى perspicue scriptus et bene compactus. Anni nota et nomen librarii desiderantur, sed ét aetate ét bonitate internâ se commendat. Codex hicce duram sortem passus est. Ab initio mutilus, statim (fol. 2) incipit ab his verbis: امر العمراة باتخاذ تراس من البوارى الخ, cui incommodo ut subveniret, fraudator (fol. 1 v.) exordium lepide praefixit, historiam anni 208 et 209 describens, quae jam totidem verbis in Codice ipso (p. 24 et 25) legitur. Pagina 216 (finis Codicis), cujus textum folium sequens iterum exhibet, nihil docet, nisi *sextam* nos hîc habere operis partem, quam *septima* exciperet. Plura autem

discimus e margine exteriore (la tranche), ubi hoc volumen dicitur السادس من تجارب الامم, itemque e notâ in folio 1 r. obviâ: هذا الجزء من تاريخ تجارب الامم لابن مسكويه. Dubium igitur non superest, quin hic liber nobis exhibeat partem *sextam* operis historici, cui, teste Ḥ. Ċalīfâ (II, p. 191), titulus: "تجارب الامم (1) وتعاقب الهمم", quodque ʾAbū ʾAlī ʾAḫmed ʾibn Moḫammed ʾibn Jaʿqūb ʾibn Maskowaih (+ 421) auctorem habet. Hoc opus, quod in notâ fol. 1 r. dicitur decurrere inde a diluvio usque ad a. H. 369 (2), 8 s. 9 voluminibus constat, et ob argumentum magni sane est momenti (3). Hodie tamen valde rarum est, nam praeter Codicem nostrum duo alii tantum, quantum novi, in Europâ reperiuntur, partes itidem totius operis exhibentes, nempe Escur. n. 1704 et Bodl. n. 804 (4). Eo magis dolendum, ne *sextam* quidem operis partem integram in Codice nostro exstare. Quot folia perierint statuere nequeo, quia manus malevola *korrāsarum* numerum diligenter aut erasit aut a foliis abscidit. Eadem malitia effecit ut in ordine chronologico, quem Auctor passim indicat formulâ: ودخلت ..... سنة, anni genuini fere ubique erasi, eorumque loco falsi scripti sint, ita tamen ut historia feliciter non magnum inde detrimentum ceperit. *Sexta* autem pars, quatenus in Codice nostro legitur, incipit ab a. H. 196 s. 197. Fol. 2 r. enim in medium inci-

---

(1) Cod. Bodl. 804 وعواقب.

(2) v. Hammer (*Lit. d. Arab.* V, p. 530) ad a. H. 372, annum mortis ejus Fautoris, ʾAçado'*d*-daul*a*e, et sic item Wüstenf. *Arab. Aerzte* n. 126.

(3) Abulfeda, *Annales*, in praefatione id inter fontes suos enumerat.

(4) Escur.is volumen 2um, Bodl.us vol. 8um (a. H. 345—360) exhibet. — Video nunc e *Journal Asiat.*, 5e sér., t. XVII, p. 136, alium etiam Codicem Quatremèrco in manu fuisse.

dit tempus, quo Ċalīfa ·al-Āmīn Bagdāde a Tahiro et Hortomâ includebatur. (Inter fol. 2 et 3 observatur lacuna; ·al-Āmīn f. 3 r., cujus rei f. 2 mentio facta non est, Tigridem jam transiit, eumque pectori Ahmedis ·ibn Salam incumbentem, querentem audimus de miserâ suâ conditione). Hinc pergit ad res Ċalīfarum sequentium describendas, donec a° 251 (252) in Ċalīfis Āl-Mostaïn et Āl-Motazz de imperio dimicantibus subsistit.

N. CII.

(Ex Willm. Cat. n. 174, p. 26. Ab hoc emtus est e bibl. Walraveni, cujus vide Catal. p. 58 n. 18).

Codex in 4° min., foliorum 155, charact. نسخى perspicue scriptus. Scholia marginalia praesertim in initio obvia, ceterum rarissima sunt. E subscriptione apparet, librarium, qui nomen suum non memorat, seculo H. 7° (nisi fallor, a. H. 650) Codicem exarasse. Continet, ut in f. 1 r. notatur, كتاب التاريخ تاليف الشيخ الامام جمال الدين ابو الفرج عبد الرحمن ابن الجوزى (+ 597), sed quod opus historicum intelligendum? Plura enim composuit vir hicce celeber. Si Cat.° Willmeti fidem habes, liber esset المنتظم (1) dictus (v. H. Cal. VI, p. 166), idemque igitur hîc nobis offerretur opus, quod sec. Dozyum (*Cat.* II, p. 146) Codex Warn. 1008 exhibet. Et reverâ *hic* Codex, qui tam in initio quam in margine exteriore (la tranche) المنتظم vocatur, verbotenus cum nostro convenit; res solummodo, praesertim ubi de Prophetis agitur, Cod. Leid. paullo uberius tractat. Haec vero licet hanc sententiam confirmare videntur, argumenta tamen gravissima me impediunt quominus eam amplectar. Jam primum mirandum

(1) Sic etiam lege Abū-l-Mah. I. p ٩٤٧ l. 5 pro المعتظم.

est, si nostrum Codicem integrum (1) ~~putem~~, 'Ibn-Ćallikānum (*Vitae* N. 378) et Ḫ. Ćal.am l. l. opus illud *magnum* vocasse. Sed omne dubium tollunt verba, Cl. Dozyo praeter morem elapsa, quae exstant in praefatione: وانّى لمّا جمعتُ كتابى الجامع
لنكت التواريخ المُسمّى بالمنتظم ، فى (2) تواريخ الامم "
رأيتُه قد طال مع اجتهادى فى اختصاره فآثرتُ ان
اجتنى فى هذا الكتاب من (3) أعيان عيونه واجتنى
بكفّ التنقّى من أفنان فنونه (4) مَا يكون فى المَثَل
كواسطة العقد وبيت القصيد. Hinc igitur manifesto apparet non ipsum majus opus المنتظم, sed ejus *Compendium* tantum his Codicibus contineri, et fraudem sive ignorantiam titulum peperisse, qui in Codice Warn. legitur. Quaestio itaque oboritur qui sit hujus Compendii titulus. Ad hanc dirimendam Codex noster insigne fert auxilium. In hoc enim non solum in margine exteriore (la tranche) legitur: الشذور لابن الجوزى, sed etiam in f. 1mo haec verba titulo (v. supra) adscripta sunt: شذور العقود ، فى تاريخ العهود ", quibus epitomes nostrae titulum designari omni dubio vacat. Nam 1° Ḫ. Ćal. (IV, p. 19) auctori librum hujus nominis assignat, sed 2°, quod rem dirimit, contuli Codicem nostrum cum textu 'Ibn-Ćallikānis, inter cujus fontes Com-

(1) Codex Warn. (32 foll.) exiguam tantum partem (Codicis nostri folia 23 priora) complectitur.

(2) Sic Cod. 1008. Cod. noster تاريخ الملوك.

(3) Cod. 1008 عيون.

(4) Sequentia usque ad القصيد in solo Codice nostro adduntur.

pendium nostrum hoc titulo enumeratur (v. ed. Wüst. p. ٧٩ in Indice), et ecce in omnibus locis (1) mirus consensus! Hîc ergo habemus exemplar hujus operis, quod praeter fragmentum Leidense in Europâ, quantum scio, unicum est, idque integrum et antiquitate insignem. Quod jam ad librum ipsum attinet, Chronicon est secundum seriem annorum dispositum, eodem modo comparatum atque Abū'l-Maḥāsini (2) Annales et Moslimorum Chronica universe. Incipit a creatione mundi et, Prophetarum mentione factâ, historiam Arabum aggreditur eamque persequitur usque ad a. H. 578. Ut quisque, ratione habitâ libri ambitûs et magni temporis spatii quod describit, intelligit, res in hoc exili Compendio obiter tantum tanguntur.

Operis majoris المنتظم partes reperiuntur in bibl. Bodl. (Uri) 779, et Berolin. (Ms. Wetzstein n. 8 in *Z. d. D. M. G.* V, p. 279.)

N. CIII.

(Ex Willm. Cat. n. 176, p. 26 sq. Ab hoc emtus est e bibl. Walraveni, cujus vide Catal. p. 58 n. 24).

Liber in 4°, 16 paginarum, ligaturâ chartaceâ compactus orientalem in modum, et manu J. J. Reiskei bene scriptus. Continet excerpta ex opere مرآة الزمان, auctore Abū'l-Moẓaffar Jūsof, vulgo Sibt 'ibni'l-Ǧauzī dicto (+ 654), quae Reiskeus desumsit e

---

(1) Prae ceteris evidens est locus in Vit. N. 398 (ex ed. Wüst. p. ١٠١), ubi 11 lineae deinceps e Compendio nostro desumtae sunt. Quae ibi citantur, leguntur in Codice nostro f. 55 r. — 56 r. Inter alia pro mendoso يتغير (in ed. Wüst.) Codex, ut de Slane, يثغر exhibet.

(2) Hunc etiam Compendio nostro usum fuisse, docet v. c. I, p. ٣٤٩ (ex ed. Juynb.).

Cod. Lugd. Bat. 975 (v. Dozy *Cat.* II, p. 147.) Apographum nostrum incipit a Cap. 3° (فی ذکر ملوك اليمن) in Cod. fol. 15 v., et, omisso Cap. 4°, pergit usque ad fol. 28 r.)

N. CIV.

(Ex Willm. Cat. n. 191, p. 28.)

Liber in 4°, 17 paginarum, quarum alternae tantum conscriptae sunt, ligatus ligaturâ chartaceâ orientalem in modum, et a. 1780 manu perspicuâ exaratus ab ipso Willmet*o*. Continet notas et emendationes J. Golii, quibus paucissimae A. et J. J. Schultens*ii* sunt additae, ad Elmacini († 672) historiam Saracenicam, a. 1625 ab Erpenio editam. Has integras Willmet*us* descripsit ex exemplari J. J. Schultens*ii* (in ejus Catal. n. 692, p. 337), quod nunc servat Bibl. Lugd. Bat., inter cujus libros impressos signatur: XI A. F. 587 B.

N. CV.

(Ex Willm. Cat. n. 192, p. 29.)

Liber in 4°, 2 tantum paginarum, ligaturâ chartaceâ ligatus orientalem in modum, et a. 1770 perspicue scriptus ab ipso Willmet*o*. Continet variantes lectiones N. G. Schroeder*i* in idem opus, quas *ex annotationibus Schroederi ad exemplar ipsius excerptas a Viro Clar. E. Scheidio descripsit J. Willmetus* (1).

---

(1) Sunt verba ipsius Willmet*i* in initio libri. In versâ paginâ idem scripsit: *ex annotationibus Cl. Scheidii Historiae Tamerlanis Golii subjunctis.*

N. CVI.

(Ex Willm. Cat. n. 193, p. 29. Ab hoc emtus est e bibl. E. Scheidii, cujus vide Catal. p. 89 n. 15, quique eum a° 1769 ex Oriente acceperat.)

Tres Codices in 4° maj., charact. نسخی perspicue scripti et bene compacti. Haec tria volumina, quae neque eâdem manu, neque eodem tempore exarata sunt, continent notissimum 'Ibn-Ćallikān*is* (+ 681) Lexicon biographicum, sed non integrum. Plerisque tamen hujus operis exemplaribus hoc nostrum praecellit tam antiquitate insigni quam Vitis in eo solo obviis.

Vol. I continet partem 1^am^ et 2^am^ totius operis, utramque eâdem manu a. 760 scriptam.

Pars 1^a^, quae paginas 271 continet, a Vitâ 1^â^ pergit usque ad Vitam 190 (1), in cujus fine tamen abrupte desinit in verbis: يقول فيها (cf. edit.^is^ Wüstenf. *Addit. et Var. Lect.* Coll. 2^a^ p. 41 l. 12). Ad calcem hujus partis folium unum, in medio vero folia complura exciderunt, ita ut desiderentur Vitae 8—53, 58—72 et 191.

Pars 2^a^, quae 352 paginas continet, incipit a Vitâ 192 et pergit usque ad Vitam 364.

In hoc Volumine I° reperiuntur 40 Vitae, quas aut Codices rarissimi offerunt, aut nullus prorsus exhibet. Ex his Wüstenfeld*io* Codex Berolinensis D sedecim suppeditavit, nempe: Vit. 133, 149, 199, 201, 202, 213, 214, 217, 221, 227, 235, 252, 259, 277, 278 et 293, tredecim editae sunt a J. Pynappel (2), nempe:

---

(1) V. Spec. Tydeman*i*, exhibens *Conspectum operis Ibn-Chal.*, Lugd. Bat., 1809.

(2) *Spec. continens Vitas ex Lex. Biogr. Ibn-Ćall.*, Amstel., 1845.

Vit. 78, 147, 150, 154, 288, 291, 292, 294, 302, 303, 317, 318 et 337, undecim denique edendae restant, nempe: Vit. 338—347 et 364 (Cod. Vol. I[b] p. 256—320 et p. 350—351) (1). In editione de Slanei cum aliae tum etiam hae 40 Vitae non inveniuntur.

Inter hoc et sequens Volumen desiderantur Vitae 365—600.

Vol. II, quod partem 3[am] exhibet (ut subscriptio testatur) et paginas 390 continet, abrupte incipit a verbis على السدة التى جرت, in fine Vitae 600 obviis, et pergit usque ad finem Vitae 743. Codex, aliâ manu quam praecedens scriptus, anni notâ caret, sed sine dubio perantiquus est, ut puto, Sec.° 8° ineunti tribuendus. — Inter hoc et sequens

Vol. III desiderantur Vitae 53. Incipit nempe a Vit. 797, et pergit usque ad totius operis finem. Haec pars, quae in margine exteriore quarta dicitur, paginas 546 complectitur et anno 708 aliâ etiam manu exarata est.

Ceterum de praestantissimis his Codicibus conferri merentur, quae pristinus ejus possessor, Cl.[us] Willmet, notavit in Spec. laud. Tydemani p. 39—46.

---

(1) Quicunque curam has Vitas in lucem edendi in se suscipiat, hunc monere juvat, Vitas 380 et 381, quae in Tydem. *Spec.* p. 180 dicuntur in solo exstare Codice L. (i. e. 16 Gol.), easdem esse ac Vitas 340 et 341, quas idem p. 174 in solo Cod. nostro exhiberi dixit. Cum textu igitur Codicis nostri Vol I[b] p. 268—296 conferri possunt folia 7 priora Cod.[is] Gol. 16[b]. Ex eodem hoc Cod. Gol. 16[b] p. 213 Vitam 568 superioribus futurus ille Editor adjungat.

N. CVII.

(Ex Willm. Cat. n. 194, p. 29).

Liber in 4°, 41 paginarum, ipsius Willmeti manu scriptus a. 1769, et ligaturâ chartaceâ orientalem in modum compactus. Continet excerpta e Lexico Biogr. 'Ibn-Callikānis, *quae e Cod. suo Arabico Ms. excerpsit ac Latine vertit E. Scheidius V. Cl. et descripsit J. W.* (1). Excerpta se extendunt ab initio inde usque ad Vit. 75; observationes tam a Scheidio in textu, quam a Willmeto in margine sunt additae. Haec excerpta quum e Num.° praeced. (q. v.) desumta esse nequeant, sequitur alterum Scheidii Codicem (ex ejus Cat. n. 14, p. 89) in usum fuisse adhibitum. Codex vero hicce postea, a. 1807, periit in calamitate funestâ, quae huic urbi accidit; v. Tydeman l. l. p. 29 sq.

N. CVIII.

(Ex Willm. Cat. n. 181, p. 27. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Codex in 4°, 307 paginarum, charact. نسخى sordide et incomte exaratus sed bene compactus. E subscriptione, p. 301 obviâ, patet يوسف بن الشيخ احمد الواعظ من قصبة سلقين (sic enim verba in Cod. obscuriora lego) a. Ar. 1141 eum absolvisse. Continet 1° p. 1—301, ut titulus قصة البهنسا وفتوحها docet, *expugnationem Bahnesāe*; de hoc nostro Codice jam egit Hamaker *Incerti auctoris liber de expugn. Memph.* cet., Praef. p. x sq., et de aliis ejusdem operis exemplaribus v. Dozy *Cat.* II p. 160 (Havn.^is ibi memoratus, est n. 138). Codici praeterea inserta sunt collectanea Willmeti de urbe Bahnesā;

(1) Sic in initio libri.

2° p. 302—307, فتاوى الشيخ الامام والحبر الهمام ابن حجر رحمه تعالى. Spectatur (cf. p. 303 med.) Abū'l-Abbās Šihābo'*d*-dīn Ahmed *ibn-Hogr* al-Asqalānī as-Šāfiī (+ 852). Responsa hîc reperiuntur ad 26 quaestiones.

N. CIX.

(Ex Willm. Cat. n. 180, p. 27. Ab hoc emtus est e bibl. E. Scheidii, cujus vide Catal. p. 96 n. 51. Hic a° 1767 ex Oriente eum acceperat.)

Codex in 4° min., paginarum 705, charact. نسخى nitide scriptus et optime conservatus. Anni notâ caret, sed tam in fine Codicis quam in ejus involucro legitur, librarium, qui se ipsum vocat حبيب الله بن نور الله خادم العلماء والعلم الشريف القدسى المقيم بجوار المسجد الاقصى, hoc exemplar exarasse jussu Emīri'l-Hāg Arslān-Pāšā. Hic idem mihi videtur, qui ap. v. Hammer *Gesch. d. Osm. R.* IX S. 508 et 519 (n. 2147 et 2263) memoratur, quum Codex eamdem fere aetatem postulet. A.° igitur Chr. 1700 circiter hunc scriptum esse puto. Continet opus notissimum الانس الجليل بتاريخ القدس والخليل», auctore Mogīro'*d*-dīn al-Olaimī (+ 927), de quo cff. Dozy *Cat.* II p. 175 sq, (1), locique ibi laudati.

---

(1) Cod. 82 Gol., qui l. l. anni notâ carere dicitur, a° 936 exaratus est. Quod eum Cl. Doz*yum* fugit, inter hoc opus nostrum et opusculum c. t. كتاب باعث النفوس الى زيارة القدس المحروس», l. l. memoratum, aliud in Codice intercedit opusculum (11 paginarum) c. t. باب استخلاف داود سليمان وذكر بدو الخاتم.

J. Astronomici argumenti.

N. CX.

(Ex Willm. Cat. n. 47, p. 10. Ab hoc emtus est e bibl. Bruin*ii* (n. 85), qui eum comparaverat e bibl. Willemsen*i*, cujus vide Cat. p. 168 n. 1778. In utriusque horum bibl.ª conjunctus erat cum eo Codice, qui in Cat. Willm. est n. 44.)

Codex in 8° maj., 152 paginarum, in chartâ gossyp. scriptus charact. نسخى majore et valde perspicuo, additis omnibus vocalibus. Ligaturâ recenti compactus est orientalem in modum et bene conservatus. Nihil notatum reperitur, unde aetatem aut nomen scribae discamus, attamen Codex mihi videtur esse ex antiquioribus. Continet كتاب فى الحركات السماويّة وجوامع علم النجوم, auctore محمد بن كَثِير الفَرْغَانِىّ الحاسب, qui sec. H. 3° fere medio floruit (1). Golius hujus libri editionem (quae a° 1669 prodiit) ex *ipso* nostro Codice paravit, ut collatio me docuit et Codicis margo confirmat, quippe in quo passim ejus manus comparet. Ceterum exemplaria hujus operis Mssta valde rara sunt: praeter nostrum enim et Bodl. (Uri) n. 879(1)

---

(1) Vid. Ȧbū-'l-Maḫās. I, p. ٧٤٣ in f., ubi nomen effertur, quemadmodum supra id e Codice exhibui. Consentiunt porro Cod. Bodl., Cod. 14(15) Gol. (v. *Cat.* III p. 96) et H̱. Ċal. (v. Ind.). Hoc monere juvat, quia alibi vocatur, aut Ȧḫmed ·ibn Kaṫīr (ap. Ȧbū-'l-Farag, مختصر الدول, ed. Pocock. p. 248 l. 2, quam lectionem nostri hujus operis Codices 533 et 985 tuentur), aut Ȧḫmed ·ibn Moḫammed ·ibn Kaṫīr (in Cat. Bibl. Escur. I p. 409, quem secutus est Hammer*us*, *Liter. der Arab.*, III, p. 260 sq.).

aliud mihi non innotuit; inter Codd. Hebraeos bibl.[a] Lugd. Bat. servat Commentarium Isaac*i* Ábū'l-Ċair, n. 68 (v. Steinschneider *Cat.* p. 284 sq.).

N. CXI.

(Ex Willm. Cat. n. 50, p. 10 sq. Ab hoc emtus est e bibl. Walraven*i*, cujus vide Cat. p. 57 n. 15. — Hic Codex, qui Lette*i* fuit, oriundus est e bibl. Golii, in cujus Cat. fortasse est n. 6 libr. Mss. incomp. in 4° inter Addenda.)

Codex in 4°, 71 paginarum, charact. نسخي nitidissime scriptus et bene conservatus. De ejus librario atque aetate nihil monetur, sed aliunde mihi patuit, virum doctum Armenium »Sjahin Candi'' dictum, sec.° 17[mo] eum exarasse (1). Continet 1°

---

(1) Manus, in hoc Codice obvia, mihi cognita erat e Codd. Lugd. Bat. 1183, 1184, 1185, quibuscum convenit manus, quae Cod.[em] 1186 scripsit. Hi autem Codices omnes in Catal. Bibl. Lugd. Bat. a[i] 1674 p. 290 sq. exarati dicuntur *Lugd. Batav. a Sjahin Candi natione Armeno, patria Haleppensi*, unde explicatur, quod *Cat.* III, p. 8 de Cod. 1185, et ibid. p. 28 de Cod. 1183 legitur. Eadem porro manus se offert in initio et fine Cod.[is] 1228 (*Cat.* I, p. 161 sq.), et in collectione nostrâ praeter nostrum Codicem in Num.[is] (ex Willm. Cat.) n. 29, 145 et 182. Moneo tamen, Num.[um] (ex Willm. Cat.) n. 182 propius accedere ad Cod. 1186, quamquam diversitatem manuum non eam esse existimo, quae nos cogat hos ambos alteri tribuere librario. — Ceterum de »Sjahín Candi'' v. Dozy in *Praef. Cat.*[i] p. XXIII sq. In dicto Cod. 1228, quem, ut epistolam invenirem ejus manu scriptam, adii, nihil reperi quod huc spectet nisi *epistolium quod* (ut Golius huic inscripsit) *exarabat mercator Halepensis, Armenius gente, spectatissimi viri Chozja Kandi filius, cum Leidam me visurus venisset nec repperisset domi, anno 1651, 14 Apr.* Ex ipsâ vero epistolâ Arabicâ, manu scripta aliâ, quam quae Codd. nostros exaravit, nihil discimus, quod affinitatem magis definiat, quae certe inter utrumque virum intercessit.

p. 1—57 tractatum de *tabulâ Zarqālīticâ* auctore *Ibno*'z-*Zarqāl* (e sec. H. 5°), et 2° p. 58—71 alium tractatum anonymi auctoris, qui inscribitur: هذه رسالة الصفيحة الجامعة للعروض كلها. Uterque tractatus bene (1) descriptus est e Cod. Warn. 993(1) (v. *Cat.* III, p. 96 sq.) et 993(2) (v. ibid. p. 139).

N. CXII.

(Ex Willm. Cat. n. 48, p. 10. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultens*ii*, cujus vide Catal. p. 603, n. 3853.)

Codex in 4° min., 216 paginarum, in chartâ gossypinâ et charact. نسخى perspicue scriptus manu non pulchrâ quidem et eleganti, sed firmâ et sibi constanti. Ligaturâ Europaeâ bene compactus est Orientalium more. De subscriptione vide mox. — Continet 1° (p. 1—214): كتاب الجامع المفيد، فى بيان اصول التقويم والمواليد», auctore شهاب الدين ابو العباس احمد بن رجب بن طيبغا المجدى الشافعى (+ 850) (2). Hoc opus quum aliunde mihi ignotum sit, in lectoris gratiam brevem ejus conspectum dabo. Doxologiâ itaque absolutâ, auctor hominis praestantiam laudat, quippe qui ratione praeditus scientiis operam dare potest. Ex his post theologiam (uti fas erat), primum locum assignat iis, quae nobis *sciences exactes* dicuntur; quae enim hae docent certa sunt, et nulli dubitationi obnoxia. Ex harum rursus numero astronomia prae ceteris eminet, et cognitio praesertim earum rerum, quas vulgo *tabulae astronomicae* (ازياج) complectuntur. Postquam hoc modo auctor ad rem, quam sibi tractandam propo-

---

(1) Librarius oculorum errore aliquoties lineam omisit, sed alibi contra vitia Codicis emendavit.

(2) Abū'l-Maḥāsin in epitome hunc annum item tradit. Cf. porro Cat. III, p. 125.

suit, devenit, et tabulas recentiores antiquioribus accuratiores esse dixit, p. 3 med. sic pergit (1): ولما كان فى زماننا وجد مشايخ هذه الصناعة بمصر المحروسة ان مكان الشمس والقمر يوخذان من (2) الزيج الحاكمى صحيحًا مطابقا لما يجدوه براى العين وحصل فى بقيتها اختلاف كثير فعدلوا عنه واعتمدوا عليها من (3) الزيج الشاهى فحصل من ذلك زيج ما تالف من زيجين وسموه (4) بالزيج المصطلح واعتبروه بقرانات الكواكب بعضها ببعض وكذا قراناتها للثوابت ووجد ذلك ايضا مطابقا لما قد حرره (5) خواجا نصير الدين الطوسى الا فى شىء يسير فكان اعتماد المصريين على هذا الزيج دون غيره من الازياج واما اهل الشام وجماعة من المحققين فانهم يعتمدون على (6) زيج الشيخ علاء الدين الشهير بابن الشاطر فانه سلك فيه طرقا غريبة فى غاية التحرير ولانه اقرب الجماعة رصدًا فلذلك اعتمدت على هذين الزيجين ولما كان

(1) Vitia, quae aevum recentius aut (ut saepius) astronomorum linguae Arab. imperitiam redolent, non emendavi.
(2) Hoc opus continet Cod. Lugd. Bat. 143 (Cat. III, p. 88).
(3) Vid. H̱. Ċal. III, p. 565.
(4) Male igitur vertit Flügel, H̱. Ċal. III, p. 568. — Cf. *Not. et Extr.* VII, p. 23 in n.
(5) + 672.
(6) Has 'ibno'ś-Śātiri (+ 781) tabulas servat Bibl. Lugd. Bat.; v. Codd. 65 et 530 (Cat. III, p. 120).

الغرض من الزيج من حيث العمل المجرد عن البرهان معلومًا من الرسائل والجداول الموضوعة فيه الا انى لم ارى احدًا ممن وقفت على كلامه ذكر تلك الرسائل معللة ولا اقام البرهان على صحتها ولا كيفية استخراجها وكذا حساب الجداول وتركيبها فاحببت ان اضع كتابا مستوفيا لذلك جميعه وما كان منها مما يتعلق بمسائل الوقت كالميل وانصاف قسى النهار وتعاديلها والدائر وفضله ونحو ذلك فاننى لم اتعرض لذكره اصلا فانه قد تقدم القول عليه فى كتابى (1) اليواقيت وشرح المجيب فيعلم من هناك وقصدت بذلك عدم الحشو والتكرار وقد جرت العادة فى غالب الازياج ان يذكر بعد تقويم الكواكب الطرق الحسابية المتعلقة بالمواليد كالتسايير ومطارح الاشعة ونحوهما فالحقت ذلك ايضا بهذا الكتاب.

Hisce praemonitis ipsum opus incipit, in مقدمة, 3 مقالات et خاتمة divisum. *Introductio* (مقدمة) agit فى ذكر ما يجب تقديمه قبل الشروع فى المقاصد من تقرير اصول حسابيات وقواعد كليات; sex capitibus constat et se extendit a p. 4 in f. ad p. 65 med. Tum sequitur *Pars* (مقالة) 1ma فى التواريخ المستعملة وما يتعلق بها من الاعياد والمواسم وغير

(1) Hoc et sequens nostri Auctoris opus ambo mihi ignota sunt.

ذلك , quae decem capitibus constat : 1mo (p. 65—69), فى حد التاريخ وذكر اليوم والليلة والشهر والسنة ; 2° (p. 69—86) , فى تاريخ الهجرة المظهرة ومباديها ; 3° (p. 86—93) , فى ذكر التاريخ السريانى وهو العربى ; 4° (p. 94—96) , فى ذكر التاريخ القبطى ; 5° (p. 96—101) , فى ذكر التاريخ الفارسى ; 6° (p. 101—113) , فى استخراج التواريخ الذى تقدمت بعضها من بعض ; 7° (p. 114—115) , فى ذكر مسئلة من نوادر ابواب التواريخ ; 8° (p. 115—167) , فى ذكر التاريخ العبرى ; 9° (p. 167—214) , فى ذكر اعياد الامم ومواسمهم وايامهم المشهورة. Caput hocce nonum tres sectiones continet, de festis Moslimorum, Judaeorum et Christianorum agentes. Ultimâ autem sectione, ut videtur, nondum absolutâ (1), subito opus ipsum abrupte desinit; quo casu, latet. Post ultima operis verba (in p. 214) statim haec sequitur librarii subscriptio:

هذا آخر ما وُجِدَ من نسخة المصنّف بخطّه رحمه الله تعالى (2) علق هذا الكتاب المبارك لنفسه ولمن شاء الله من بعده العبد الفقير الى الله تعالى (3) ابو

---

(1) In Codice enim de *solo* festo Paschatis agitur.

(2) Idem ei nostri Auctoris operi accidit, quod exhibet Cod. Lugd. Bat. 187 b (1) (Cat. III, p. 126 seq.). Eum morte impeditum fuisse, quominus laborem inchoatum perficeret, de nostro saltem libro non valet, quum aliunde constet, eum, postquam hunc absolvisset, alium etiam librum composuisse. En, quid Auctor ipse testatur in Cod. 139(2) (Cat. III, p. 125) fol. 25 r.: ومن اراد الوقوف على حقيقة ما ذكرناه من مسائل القمر وكذا غيره من الكواكب فعليه بكتابنا المسمى بالجامع المفيد، فى الكشف عن اصول مسائل التقويم والمواليد».

(3) In summo fol. 1mo r. hoc nomen item legitur.

الطاهر محمد بن محمد بن محمد بن بهادر المومنى الشافعى غفر الله له ولوالديه ولمشايخه ولجميع المسلمين امين بتاريخ يوم ١٥ شهر ذى القعدة الحرام سنة ٨٨٠ بالقاهرة المحروسة والحمد لله الخ. — 2^0 Sequitur (p. 215 et 216) breve excerptum, eâdem manu scriptum, quod ad idem argumentum pertinet et post bismillam sic incipit : من كتاب رصد الفوانيسى معرفة ابقطى القمر لاى سنة شئت الخ. Opus autem رصد الفوانيسى, ex quo excerptum illud de *epactâ Lunae* petitum est, mihi non innotuit.

K. Philosophici argumenti.

N. CXIII.

(Ex Willm. Cat. n. 44, p. 10. De eo, olim juncto cum n. 47 (ex Willm. Cat.), vide supra p. 147.)

Codex in 8^0 maj., 277 paginarum, eodem modo comparatus atque N. CX (ex Willm. Cat. n. 47); vocales itidem hîc sunt additae, sed anni nota similiter desideratur. Causa, cur cum Codice sequenti etiam hunc ad Caput de Philosophiâ retulerim, ex ejus argumento quodammodo vago repetatur, quod titulo generaliore tantum indicari posse mihi videbatur. Auctor etiam (in Parte $1^{mâ}$) tam Graecorum, ut notum est, quam Arabum more totum ejus argumentum ad Philosophiam reduxit, ita ut non dubitaverim ejus vestigiis insistere. Continet nempe hic Codex 4 opera philosophica, latissimo sensu sumta (1),

(1) 5^{um}, *Elem. Astron. al-Fargānī*, olim Codici junctum, nunc separatim exstat sub N. CX (ex Willm. Cat. n. 47).

quae omnes medicum Abū Sahl ʿĪsa ʾibn Jaḫja ʾal-Masīḫī (+ circ. 390) auctorem habent (cf. Wüstenfeld, *Ar. Aerzte*, n. 118, p. 59). Iis autem praemittitur (p. 1—20) brevis tractatus فى اصناف العلوم الحكمية; litteris nempe rogaverat auctorem vir quidam doctus, Abū-l-Ḥasan Sahl ʾibn Moḥammed ʾas-Sahlī dictus, ut ipsi quaedam traderet de divisione disciplinarum philosophicarum, de singularum utilitate et proposito, et de earum libris elementariis. Ut igitur hujus desiderio satisfaceret, tractatum nostrum conscripsit. Sequitur jam (p. 21—84) opus 1^um^, كتاب اركان العالم dictum; 2^um^ (p. 85—136) كتاب مبادى الموجودات الطبيعية inscribitur; amborum tituli argumentum satis indicant. 3^um^ (p. 137—242) est تلخيص كتاب السماء والعالم لارسطوطالس, et Maqālāt 4 absolvitur, cf. Wenrich, *de Auctorum Graecorum vers.* p. 147 sq. In hoc Graeci philosophi libro tradendo quamquam Abū-Sahl ʾal-Masīḫī libere versatus est, systema tamen Aristotelis accurate observare studuit, ne (ut in praefatione testatur) confusio oriretur inter systema quod Aristoteli et quod sibi proprium erat, quodque in libro كتاب اركان العالم exposuerat. 4^um^ denique opus (p. 243—277) كتاب اصول علم النبض inscribitur, et, teste Wüstenf. l. l. sub n. 9, etiam in Bibl. Reg. Götting. n. 100 servatur; cf. etiam Cat. bibl. J. P. Bergii n. 6832, 1), p. 438.

N. CXIV.

(Ex Willm. Cat. n. 43, p. 9. Ab hoc emtus est e bibl. J. P. Bergii, cujus vide Catal. p. 437, n. 6828.)

Codex chartaceus in 4°, 54 paginarum, cujus prior pars scripta est charact. نسخى eoque satis

perspicuo, altera vero charact. نسخی ad تعلیق vergente. Ligaturâ recenti compactus est orientalem in modum; de subscriptionibus vide mox. Continet 1° (p. 1—7) ایساغوجی, sive tractatum de Logicâ, auctore Aṯīro-*d*-dīn 'al-Abahrī (+ 663) (1). Opus est notissimum et in Oriente valde celebratum. Exemplar nostrum, cui multa scholia adjecta sunt, die Lunae, 14° mensis Ḏū'l-ḥiggae, a. 1096 absolutum est ab 'Alī 'ibn-Ḥosain 'al-Karbalāī. Sequitur 2° (p. 9—54) Commentarius ad hanc Isagogen, cujus Auctor in Codice non memoratur, sed, ut e verbis initialibus الحمد لله الواجب وجوده, coll. H. Ċal. I, p. 503, apparet, non alius est nisi حسام الدين حسن الكاتی (2) (+ 760). In subscriptione (p. 54) scriba hujus 2ae partis se prodit شیخ محمود بن شیخ محمد, qui die 18° mensis Çafar a. 1081 in urbe Qazwīn opus suum absolvit. Etiam huic parti multa scholia tam inter lineas quam in margine adscripta sunt, praesertim in initio, quae, uti facile apparet, librarius partis prioris exaravit. Confirmat hoc nota, ejus manu scripta, quaeque in p. 54 sub notâ librarii partis 2ae exstat: قابلت هذه النسخة وحدی مع نسخة اخری من اولها الی آخرها ونقلت

(1) Hic annus traditur in Bibl. Escur. I, p. 188. H. Ċal. sibi non constat: I, p. 502 ejus mortem in annum circiter 700, verum III, p. 538 et VI, p. 473 (cf. II, p. 440 sq.) in annum circiter 660 incidisse tradit; annus igitur 700 falsus esse videtur. — Pronunciatio الأَبْهَرِىّ in Cod. p. 1 et 9 disertis verbis praecipitur et unice probatur; ea vero locum cessisse dicitur formae vulgari, quae usu invaluit: الأَبْهَرِى; (pag. 9 eadem verba exstant, quae tradit Fleischer, *Cat. Bibl. Dresd.*, p. 90 in n., coll. *Cat. Bibl. Lips.*, p. 349 in n.)

(2) Sic lege, coll. VII, p. 633 et Cat. Bibl. Caes. Petrop. p. 70.

منها الحواشى وكان الفراغ منهما يوم التاسع عشر فى شهر عاشورا سنة ١٠٩٧ على يد الفقير - - على بن شيخ حسين (1) الجبّائى الكربلائى والحمد الخ. Isagoge haecce cum variis Commentariis in quâvis fere bibliothecâ reperitur et Constantinopoli jam edita est. Ḥosāmo-*d*-dīn*i* Commentarius servatur ex. gr. in Acad. Or. Vind. n. 394, Bibl. Caes. Petr. n. 95(1), Bibl. Lips. n. 33(5) et in multis aliis.

L. Theologici argumenti.

α. Religio Moslimica.

N. CXV.

(Ex Willm. Cat. n. 12, p. 6. Ab hoc a. 1769 emtus est ex auctione erud.[1] J. van de Poll Eccles. — Ut e notâ, in involucro obviâ, apparet, hic Codex ante fuit »*Joannis Slicheri Th. F.. Ex auctione* »*Celeberrimi Salomonis van Til.*")

Codex in fol., 427 paginarum, in chartâ Indicâ nitide scriptus charact. نسخى valde perspicuo. Ligaturâ corneâ optime est compactus et bene conservatus. Exhibet Qor'ān*um*, totum chartâ intermediâ instructum, in quâ versio exstat titulorum singularum Sūrarum Qor'ān*i*, manu Slicheri, et praeterea (sed in initio tantum) nonnullorum etiam locorum versio; annotationes Willmet*i* paucissimae sunt, unde charta illa in plerisque paginis plane alba mansit. Ad finem ultimae Sūrae haec subscripsit librarius et quidem bis eadem: تمّت القران اع ولن رمضان اغدن سبت بعد العصر اغ مالم سلوى.

---

(1) Erat اصلا الجبائى et مسكنا الكربلائى, uti nota in p. 8 docet.

N. CXVI.

(Ex Willm. Cat. n. 13, p. 6. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Codex in fol., 600 paginarum, in chartâ lineatâ scriptus charact. نسخى majori et valde perspicuo. Compactus est ligaturâ orientali et bene conservatus; omni subscriptione caret. Etiam est Qor'āni exemplar, idque nitidum.

N. CXVII.

(Ex Willm. Cat. n. 14, p. 6. Ab hoc a. 1806 emtus est ex bibl. Tullingi v. Oldenbern.)

Codex in fol. min., 712 paginarum, scriptus charact. نسخى majori, manu admodum perspicuâ. Ligaturâ orientali elegantissime compactus est. Anni nota et nomen scribae non memorantur. Est *tertium* Qor'āni exemplar idque nitidissimum et auro ornatum. In medio sectionum numero, nempe ad Sur. 18 vs. 74, ubi sectio 16ª incipit, duae paginae auro variisque coloribus eodem splendido modo sunt insignitae, quo in Codicis initio ac fine hoc factum est.

N. CXVIII.

(Ex Willm. Cat. n. 15, p. 6. Ab hoc emtus est e bibl. Walraveni, cujus vide Catal. p. 57, n. 1.)

Codex in fol. min., 338 paginarum, charact. Mauritano non eleganter scriptus et tegumento squalido, ex corio nigro facto, tectus; universus Codicis habitus sordidus est. De anno sive librario nihil notatur. Est *quartum* Qor'āni exemplar. In initio folium unum excidit, folium nimirum, quod ordine erat tertium; in fine 6 Sūrae desunt.

N. CXIX.

(Ex Willm. Cat. n. 16, p. 6. Ab hoc emtus est e bibl. Walraveni, cujus vide Catal. p. 57, n. 13.)

Codex in 4° min., 825 paginarum, charact. نسخى in chartâ gossyp. optime scriptus manu valde eleganti et perspicuâ. Continetur involucro sordidiore; de aetate et scribâ nulla mentio fit. Est *quintum* Qor'āni exemplar.

N. CXX.

(Ex Willm. Cat. n. 20, p. 7. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Codex in 4° min., 692 paginarum, in chartâ lineatâ perspicue scriptus charact. نسخى majori et bene compactus ligaturâ orientali. De aetate et scribâ nihil constat. Est *sextum* Qor'āni exemplar, in cujus medio, nempe ad Sūr. 18, ut et in ejus initio et fine, duae paginae eodem splendido modo deauratae sunt, quo in N° CXVII (ex Willm. Cat. n. 14) hoc factum esse vidimus. Praeterea ad singularum Sūrarum initium numerus additus est earum ايات, كلمات, حروف et تنزيل; sic v. c. ad Sūr. 3 *versus* esse dicuntur ٢٠٠, *vocabula* ٣٤٨٠, *litterae* ١٤٥٢٥ et *tanzil* ٨٧.

N. CXXI.

(Hic Codex jam dudum in Bibliothecâ Instituti exstitit, vide ejus Catal. anni 1821, ubi in sectione *Liter. et Antiq. Orient.* memoratur p. 7 l. 4; postea Codd.us MSS. adjunctus est. — E notâ: »*Dithmaro* »*Hackmanno*" (1), in Codicis initio obviâ, novimus quis pristinus ejus possessor fuerit; v. ad N. sq.)

Codex in 8° maj., 680 paginarum, charact. نسخى

---

(1) Quae plura olim ibi scripta erant, nunc deleta sunt.

perspicue scriptus et ligaturâ orientali bene compactus. Singulae paginae lineis diversi coloris sunt inclusae. De aetate et librario nihil constat. Est *septimum* Qorāni exemplar.

N. CXXII.

(Ex Willm. Cat. n. 17, p. 6. Ab hoc emtus est e bibl. Bruin*ii* (n. 83), qui eum comparaverat e bibl. Willemsen*i*, cujus vide Catal. p. 167, n. 1771. — Willemsen*ius* eum emisse videtur e bibl. Lettei, nam hujus manus est, quae in Codicis initio notavit: »*Hoc MSS. mihi dono dedit Doctiss. D. Hackman, pastor Wassenar.*" (1).)

Codex in 8° min., 575 paginarum, charact. نسخى minuto non quidem eleganter, sed tamen perspicue scriptus. Bene compactus est ligaturâ orientali. Ut e subscriptione patet, librarius الحاجى مصطفى بن حسين mense Moharramo anni 1060 eum absolvit. Est *octavum* Qorāni exemplar.

Octo haec exemplaria, quorum nullum antiquitate eminet, vocales, ut vulgo, additas habent. Hac vero desiderantur ob spatium prorsus deficiens in seq.

N. CXXIII.

(Ex Willm. Cat. n. 18, p. 6. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Codex formae octogonae, 385 paginarum, spissitudinem habens unius tantum pollicis et latitudinem $1^3/_4$ pollicis. Tectus est involucro serico cum auro intertexto et servatur in capsulâ rotundâ, ex aere confectâ. Scriptus est charact. نسخى minutissimo,

---

(1) Dithmarus Hackman (+ 1778) verbi divini Minister fuit in pago Wassenaar ab a. 1736 usque ad 1770, quo rude donatus fuit. Vid. *Boekzaal* anni 1778, p. 175 sq.

qui, licet pro parvâ libri mole satis distinctus, lectu tamen valde difficilis est. Librarius in fine notavit, die 4° mensis Ḋū'l-qaːdae se opus absolvisse, sed annum non addidit; haud dubie tamen recentioris est aetatis. Est *nonum* Qor'ān*i* exemplar.

N. CXXIV.

(Ex Willm. Cat. n. 19, p. 7. Ab hoc emtus est e bibl. Walraven*i*, cujus vide Cat. p. 57, n. 14.)

Codex in 4° min., 62 paginarum, in chartâ Indicâ scriptus charact. نسخى, additis vocalibus. Tegumenti expers est et male conservatus. Anni nota deëst. Continet Sūras quasdam Qor'ān*i*, de industriâ selectas, nempe Sūr. 1, 32, 36, 44, 55, 56, 76 (post hujus finem p. 32 sequuntur nonnullae preces; tum iterum inde a pag. 39) Sūr. 78 vs. 11 — 84 vs. 10 (particula haecce ab initio et fine est mutila; pag. 49 iterum abrupte incipit a) Sūr. 87 vs. 13—88 vs. 13 (ubi rursus abrumpitur, paginâ 50 incipiente a) Sūr. 89 vs. 7 — 109 fin. Exordium Sūrae 110 in p. 62 exstat, sed deëst pagina, quae cetera continuit.

N. CXXV.

(Ex Willm. Cat. n. 23, p. 7. Ab hoc emtus est e bibl. E. Scheidii, cujus vide Catal. p. 87, n. 3.)

Codex in 8° maj., 566 paginarum, charact. نستعليق nitide et perspicue scriptus et ligaturâ orientali bene compactus. E subscriptione apparet, Codicem a. H. 1054 exaratum esse. Continet Partem *priorem* (1) glossarum, quas سعدى افندى (+ 945) scripsit ad Commentarium 'al-Baiḑāwī*i* (+ 685) in Qor'ān*um*, cf. Ḫ. Cal. I, p. 477. Haec pars percurrit inde a

---

(1) In subscriptione hoc volumen dicitur النصف الاوّل من حاشية سعدى افندى المرحوم على القاضى البيضاوى.

Sūr. 11 usque ad Sūr. 28 (a Sūrâ enim 11$^{\text{mâ}}$ Auctor initium fecit) et a. 941 composita est. Hoc enim effici potest e verbis (1), quae statim in Codice post ultima 'al-Baiḍāwī verba: عن النبى صلعم من قرأ طسٓمٓ القصص explicata, leguntur: تمّ ما يتعلّق بسورة القصص بعون الله كاشف القصص يوم الخميس ١٨ جمادى الاخرة لسنة ٩٤١ وقد جاء الخبر قبله بيوم بانهزام العدوّ وَصُوْل (l. ووصول) السلطان ايّده الله وقهر عداه الى حوالى بغداد بالخير والسلامة. — In margine passim scholia adscripta sunt.

Aliud hujus operis exemplar mihi non innotuit.

N. CXXVI.

(Bibliothecae Instituti dono datus a Viro Cl. Nic. Guil. van Kampen, cui item 18 Nov. 1834 dono missus erat Bataviâ ab H. J. Meyndertsio.)

Codex in fol., 576 paginarum, perspicue scriptus charact. نسخى sine anni aut scribae indicio. Servatur in involucro ex rubro corio facto, quocum tamen non colligatus est. Continet تفسير الجلالَيْن, s. Commentarium in Qor'ānum a duobus viris doctis, جلال الدين dictis, factum. Prior جلال الدين محمد ابن احمد المحلى الشافعى (+ 864) initium fecerat a Sūr. 18 et, Commentario ad finem Qor'āni absoluto, manus operi admovit ut Sūras 1—17 etiam

---

(1) Haec verba, quae librarius sine dubio in exemplari, unde suum descripsit, invenit, fortasse ipsius Auctoris sunt. De iis quae ibi traduntur cf. v. Hammer, *Gesch. d. Osm. R.* III, p. 149.

Commentario illustraret. Sed Sūrâ 1mâ et paucis versibus Sūrae 2ae vix absolutis, morte impeditus fuit, quominus opus perficeret. Hoc itaque a. 871 fecit alter ille جلال الدين, nimirum ʾas-Sojūtī (+ 911), Commentario conscribendo ad Sūr. 2—17 (1). — Ut

---

(1) Vides me prorsus dissentire ab H̱āgī Ċal., qui (II, p. 358) Commentarium in Sūr. 2—17 ʾal-Maḫallī*o*, reliqua omnia ʾas-Sojūtī*o* tribuit. Eum vero, haec scribentem, errasse patet ex ipsius ʾas-Sojūtī*i* testimonio, inserto libro ‚‚حسن المحاضره في اخبار مصر والقاهره", Codd. Lugd. Bat. 113 f. ١٩٣ v. et 376 p. 204. Ibi in vitâ ʾal-Maḫallī*i* de libris disserens, quos hic non absolvit, de libro nostro haec tradit: واجلّ كتبه التى لم تكمل تفسير القران كتب منه من اول الكهف الى اخر القران فى اربعة عشر كراسا فى قطع نصف البلدى وهو ممزوج محرّر فى غاية الحسن وكتب على الفاتحة وايات يسيرة من البقرة وقد كملتُه بتكملة على نمطه من اول البقرة الى اخر الاسرا. Verum non tantum hinc, sed jam ex ipsâ praefatione, quam ʾas-Sojūtī Commentario nostro praefixit, luculenter patet H̱āgī Ċalīfa*m* errasse; haec enim ibi leguntur: هذا ما اشتدت اليه حاجةُ الراغبين فى تكملة تفسير القران الكريم العظيم الذى الفه الامام العلامة جلال الدين محمد بن احمد المحلى الشافعى رحمه الله تعالى وتتميم ما فاته وهو من اول سورة البقرة الى اخر سورة الاسرى, unde mirari subit, Catalogorum auctores et praesertim Tornberg*ium*, p. 251 ipsam illam praefationem edentem, in eundem H̱āgī Ċalīfa*e* incidisse errorem. — Eamdem sententiam porro confirmat subscriptio ʾas-Sojūtī*i*, quae in Codd. nostris et sine dubio etiam in aliis exemplaribus operi absoluto i. e. Sūrae الاسرى

quisque ex dictis intelligit, Sūra 1[a], si operi 'al-Mahallīi jungitur, ultimum in Codicibus locum occupare debet, et hoc revera factum esse probat Cod. Lugd. Bat. 761. In aliis vero exemplaribus, ut ordo recte procedat, operi 'as-Sojūtīi praemittitur et hoc in Cod. nostro et seq. locum habuit. Glossae nonnullae marginales in hoc nostro exemplo sunt additae.

N. CXXVII.

(Bibliothecae Instituti dono datus a Viro Cl. Nic. Guil. van Kampen, cui, uti Num. praec., dono missus erat Bataviâ ab H. J. Meyndertsio.)

Codex in fol., 249 foliorum, bene scriptus charact. نسخى, sed minus bene conservatus nec decorâ ligaturâ compactus. Anni notâ caret. Continet idem opus, de quo sub N. praeced. dictum est, itidem glossis instructum. Ipsum opus incipit a fol. 11 v.

---

s. 17[mae] subjungitur; haec tamen Hāgī Ċalīfam aliosque fugisse videtur, licet nihil magis in promtu erat post ea, quae Auctor in praefatione monuerat, quam hunc locum evolvere. — Cum dictis denique prorsus conveniunt, quae librarius in Cod. nostro praefatur: هذا الكتاب تفسير العظيم للشيخين الامامين الجلالين جلالى الدين محمد بن احمد المحلى وعبد الرحمان بن ابى بكر الاسيوطى نفع الله بهما كان الشيخ جلال الدين المحلى قد بدأ فيه من سورة الكهف الى اخر القران الكريم وقد بدأ بفاتحة الكتاب بعد ذلك فاخترمته المنية قبل تكميل فكمله الشيخ جلال الدين عبد الرحمان الاسيوطى تكميلا مناسبا وقد كان تفسير الفاتحة فى اخر قطعة الشيخ جلال الدين المحلى فقدمتها هنا لانها ام القران ۞

et absolutum est in fol. 240 v.; folia illa prima et ultima varia offerunt, in his initium Qor'āni (Sūr. 1 et 2 init.), preces cet.

Alia Commentarii nostri exemplaria: Upsal. 387; Mus. Brit. 78(1), 79 et 80; Escur. 1293, 1306, 1360, 1417 et 1418; Bodl. (Uri) 47, 51, (Nic.) 9 et 18; Napol. (ap. Hammer, *Lettere*, II, p. 8); Lugd. Bat. 761.

N. CXXVIII.

(Ex Willm. Cat. n. 21, p. 7. Ab hoc emtus est e bibl. Walraveni, cujus vide Cat. p. 58 n. 28.)

Codex in 4°, 317 paginarum, in chartâ gossyp. scriptus charact. نسخى perspicuo, additis vocalibus. Bene conservatus est, sed sordide compactus. Anni notâ scribaeque nomine caret. Continet 1° (p. 1—256) كتاب تراجم الاعاجم, cujus Auctor (in Codice non memoratur) ab H. Cal. II, p. 273 vocatur زين المشايخ محمد بن ابى القاسم البقالى الخوارزمى (+ 562). Initium bene in Cod. nostro H. Calīfae (male in ed. Flügelii) traditur: الحمد لله مانح الأعلاق وفاتح الأغلاق الخ. Exhibet hic liber interpretationem Persicam omnium vocabulorum Qor'āni, sed, ut brevitati studeatur, haec semel tantum explicantur, ibi nempe, ubi primo loco exstant. Omnes Sūrae ab initio usque ad finem sic percurruntur, sed alio plane ordine quam editae sunt, nimirum exordium quidem ducitur a سورة الفاتحة, sed tum sequitur سورة الناس, tum سورة الفلق, tum سورة الاخلاص et sic porro, atque ultimae sunt سورة النساء, سورة آل عمران et سورة البقرة. Auctor ergo a Sūris minoribus ad majores progressus est. Inter lineas ejusdem librarii manu litteris minoribus sive grammatica explicatio, sive Turcica interpretatio nonnullarum vo-

cum et dictionum passim adscripta est. — Alterum hujus operis exemplar servat Bibl. Lugd. Bat. n. 577; hoc vero, a° H. 700 exaratum, textum exhibet non raro a nostro diversum. Sequitur 2° (p. 258—307) vocabularium, الفاظ قُطْبى inscriptum, quo alphabetico ordine voces eae Arabicae, quarum frequentissimus usus est in sermone et epistolis, Persice explicantur (1). Incipit hoc modo: بعد از ستايش وسپاس ودرود بى حد وقياس اين كتاب مختصر در بيان معانى الفاظ تازى كه در الخ. 3° (p. 308—317) Tractatus Arabicus, ne spatium in fine Codicis vacuum relinqueretur, alienâ manu ultimis foliis inscriptus, sed mutilus. Vocabula opusculi cujusdam theologici fuse explicantur. Quod vero opusculum hîc illustretur, e Codice non apparet.

N. CXXIX.

(Ex Willm. Cat. n. 24, p. 7. Ab hoc emtus est e bibl. E. Scheidii, cujus vide Catal. p. 87 n. 4.)

Codex in 4° maj., 321 paginarum, scriptus charactere نسخى, ad نستعليق vergente, plerumque additis vocalibus. Ligaturâ orientali, ex corio confectâ, compactus est. A fine mutilus anni notâ quoque caret, sed ad antiquiores mihi videtur esse referendus. Continet partem operis notissimi جامع الصحيح auctore ʿal-Boċārī (+ 256), v. H̱. Ċal. II, p. 512 sqq. Ab initio inde usque ad finem circiter libri 15[i] Partis 1[mae] (ex indice clar.[i] Krehl in *Z. d. D. M. G.* IV, p. 1—32) procurrit. In medio enim Capite, باب كلام الامام والناس فى خطبة العيد in-

(1) Male in Cat. Willmeti p. 14 n. 76 in f. hic liber »Grammatica Persica" vocatur.

scripto, desinit verbis وعرفت انّ اليوم يوم اكل وشرب.

In Codicis margine complura exstant scholia, quae vero an ex ·al-Kirmānīi (+ 786) Commentario, الكواكب الدرارى dicto (v. H. Cal. l. l. p. 525), cujus in pag. 1ª mentio fit, petita sint, definire nequeo, quia hujus Commentarii exemplar in Bibl. nostrâ non servatur. Exstat vero in Bibl. Goth. n. 69, 28, Bodl. (Uri) n. 90, 91, (Nic.) n. 40, 41. Ipsius ·al-Boċārīi operis, cujus editionem parat cl. Krehl, exemplaria, fere ubique obvia, enumerare supervacaneum videtur.

N. CXXX.

(Ex Willm. Cat. n. 29, p. 8. Ab hoc emtus est e bibl. Bruin*ii*, qui eum sibi comparaverat e bibl. Willemsen*i*, cujus vide Catal. p. 166 n. 1808. — Willemsen*us* autem eum emisse videtur e bibl. Adr. Reland*i*; hujus enim manus in fol. 1 r. comparet, ubi titulum praefixit; memoratur hic Codex in Catal. Librorum ejus Mss., p. 5 n. 9 (cf. Index Mss. ejus libro *de Relig. Mohammed.* subjunctus, n. VII). Reland*us* denique eum emit e bibl. J. Golii; v. Cat. Mss. ejus, ubi inter Miscellan. in folio p. 15 n. 82 noster exhibetur liber (1).)

Codex in 4⁰ maj., 205 paginarum, charact. نسخى nitidissime scriptus et bene compactus. De librario et aetate, quamquam nihil in Codice monetur, vide supra ad N. CXI (ex Willm. Cat. n. 50) ibique not. 1 (2). Continet 1⁰ (p. 1—195) تسهيل المقاصد ،

---

(1) Alterum enim exemplar, quod inter Incomp. in 4° p. 24 n. 4 memoratur, est, nisi fallor, Cod. Lugd. Bat. 1284 (in 4⁰ min.), de quo vide mox.

(2) Hinc apparet, quo jure in Cat. Willemsen*i* l. l. dicatur: »videtur scriptus esse manu J. J. Reiskii" (!), conjectura, quam series possessorum jam refutat.

شهاب الدين ابو العباس احمد auctore لزوّار المساجد " (+ 808), ابن عماد بن يوسف الاقفهسى الشافعى v. H̱. Cal. II, p. 295. De Auctore, vulgo ابن العماد dicto, v. 'as-Sojūtī in حسن المحاضرة (Cod. Lugd. Bat. 113 f. ١٢١ r. et v.). Hoc opus, anno H. 786 compositum, et in ابواب et فصول divisum, agit de iis, quae observanda sunt Moslimis templum visitantibus. Post doxologiam sic incipit: وبعد فحقّ على كلّ مسلم ان يتعلّم آداب زيارة المساجد، وما يتعلّق بها من الاحكام والمقاصد " فليس الخ. In margine Relandus sectionum titulos passim vertit latine. 2° (p. 196—203) القول فى تفسير الكلمات الطيبات ejusdem Auctoris. الكلمات الطيبات illae, sic dictae لانهنّ يُطَيِّبْنَ قائلهنّ, sunt formulae الحمد لله, سبحان الله, لا حول ولا قوة الا بالله et الله اكبر, لا اله الا الله, de quarum vi et efficaciâ igitur in hoc libro disseritur. Opus vero hocce, H̱. Calīfae, ut videtur, ignotum, in Codice nostro mutilum est. Utriusque operis Auctoris nostri nullum aliud exemplar mihi innotuit nisi quod exhibet Codex, olim Schultens*ii*, nunc Lugd. Bat. 1284(5) et (6) (1). In hoc inde a fol. 22 usque ad f. 114 r. opus *prius* reperitur, a° H. 874 ab ابو الخير بن محمد الدَّمَنْهُورى, qui Meccae degebat, scriptum, quod fol. 115 v. — 118 v. statim *alterum* excipit, eâdem manu scriptum, sed, ut exemplar nostrum, abrupte desinens. Codex noster Amstel. sine dubio ex hoc Codice Lugd. Bat. de-

(1) In Bibl. enim Bodl. (Nic.) n. 19 in f. nihil nisi titulus operis *prioris* exstare videtur.

scriptus est. Non solum enim textus, quem multis in locis contuli, in utroque Codice prorsus convenit, sed eadem quoque vocabula omittuntur, imo *alterum* illud opus in utroque exemplari eodem loco desinit. Tantummodo scriba Codicis nostri satius duxit ultimum articulum (3 lin. postrem.) omittere, quam illum imperfectum, ut in Cod. Lugd. Bat. exstat, lectoribus communicare.

Quid ex hac disputatione, quod attinet ad Cod. illum Schultens. 1284, sequatur, quisque jam videt. Sec.° 17 in patriâ nostrâ jam adfuit et probabiliter pertinuit ad ipsam Golii bibliothecam.

N. CXXXI.

(Ex Willm. Cat. n. 32, p. 8. Ab hoc emtus est e bibl. Bruin*ii* (n. 64), qui eum sibi comparaverat e bibl. Willemsen*i*, cujus vide Catal. n. 1777, p. 167.)

Codex in 4° min., sed latior quam longior, 332 paginarum, scriptus charact. Mauritano majore et perspicuo, additis vocalibus. In singulis paginis 7 tantum lineae exstant. Bene conservatus est et compactus ligaturâ orientali, e corio nigro factâ. Anni notâ caret. Continet 1° (p. 1—262) دلائل الخيرات وشوارق الانوار فى ذكر الصلاة على النبىّ المختار, auctore ابو عبد الله محمد بن سليمان بن ابى بكر الجزولى (+ 870), v. H. Cal. III, p. 235 sq. De hocce opere, in Oriente valde celebrato, v. Fleischer, *Cat. Dresd.*, p. 43. Alia exemplaria praeter N. seq. non solum in Bibl. Lugd. Bat. 1220 (v. Weijers in *Orient.* I, p. 327 sq.), 1335(1), sed in quavis fere Bibliothecâ exstant. — 2° (p. 263—271) preces peccatori afflicto fundendae; post bismillam introductio incipit: رُوِى انّ مَنْ كَثُرَتْ ذنوبُه

الكواكب الدرية، وأصابته الجم. — 3° (p. 273—322) الكواكب الدرية في مدح خير البرية, s. carmen *'al-Borda*, auctore Šarafo'*d*-dīn Abū Abdollāh Mohammed 'al-Būçīrī (+ 694), v. H. Cal. IV, p. 523 sqq. Opus notissimum, jam saepius editum. De alio exemplari v. supra ad N. XCVII (ex Willm. Cat. n. 124). — 4° (p. 325—332) varia, nempe عشرون صفة, *attributa*, quae cum eorum *oppositis* p. 331—332 recurrunt; mox قواعد الاسلام, الكتب المنزلة, فرائض الوضوء et فرائض الصلاة (1) deinceps enumerantur.

N. CXXXII.

(Ex Willm. Cat. n. 33, p. 8. Ab hoc emtus est e Bibl. Bruin*ii* (in cujus Cat. eodem fasciculo continetur ac n. 27, 28, 34, 36 et 87), qui eum sibi comparaverat e bibl. Willemsen*i*, cujus vide Catal. n. 1776, p. 167.)

Codex minor quam praecedens in 4°, item latior quam longior, 324 paginarum, charact. Mauritano bene scriptus et compactus ligaturâ orientali, e corio nigro confectâ. In quâvis paginâ 7 tantum lineae exstant. In subscriptione legitur absolutum esse hoc exemplar die Lunae, 10° mensis Ġomādā*e* alterius a. 1133 ab Hispano quodam. Continet eumdem librum, de quo ad N. praec. sub n. 1⁰ sermo fuit. Ante ipsum opus in 8 pagg. aliâ quam librarii manu (item Maurit.) diversa monita salutifera (فائدات) adscripta sunt.

---

(1) Haec aliaque similia item exstant in libro, cui titulus: *Introductio in jus Malakiticum*, auctore الشيخ الامام عبد البارى العشماوى الرفاعى, Codice Reland*i* (Cat. Mss. p. 11 n. 17).

22

N. CXXXIII.

(Ex Willm. Cat. n. 25, p. 7. Ab hoc emtus est e bibl. Walraveni, cujus vide Cat. p. 57, n. 2.)

Codex in fol., 305 paginarum, in chartâ lineatâ charact. نسخى perspicue et eleganter scriptus, additis vocalibus. Bene conservatus est, sed nunc dissolutus a ligaturâ coriaceâ orientali, qua continetur. E subscriptione (p. 296) apparet, librarium عثمان بن عبد الرحمن eum absolvisse die Solis, 13° mensis Ša:bāni*s* a. 1088. Exhibet acrem disputationem contra Christianos. Auctor, ابو الفضل المالكى السُّعُودى, qui a° 942 hanc composuit, in praefatione narrat, opus c. t. „تخجيل ، مَنْ حرّف الانجيل“ auctore ابو البقاء صالح بن الحسين الجعفرى (v. H. Cal. II, p. 249) ipsi ansam simulque materiem praebuisse ad eam conficiendam. Ut Lector de hoc libro, qui ingenii acumen et doctrinam minime vulgarem Auctoris prodit, melius judicare possit, argumentum ejus totum tradam. Divisus est in *introductionem*, 10 *capita* et *conclusionem*. *Introductio* (p. 4—23): „فى تاويل ، ما ورد موهمًا من الفاظ الانجيل“ agit de notione verborum: Pater, Filius, Deus, Dominus, adoratio et peccatorum condonatio, et probatur ex ipsis Literis Sacris hanc non eam esse, quae Deitatem Christi postulet. *Caput* 1um (p. 23—46): „فيما سَلِم من التبديل ، من الفاظ الانجيل“ verba Euangeliorum authentica affert, e quibus patet, Jesum Deo esse subordinandum. *Caput* 2um (p. 46—78): „فى تعريف ، مواطن التحريف“ de locis Euangeliorum corruptis agit. *Caput* 3um (p. 78—94): „فى ابطال الاتّحاد ، وذكر ما فيه من الالحاد“ exponit de na-

turae divinae et humanae in Christo conjunctione e sententiis Jacobitarum, Melchitarum s. Catholicorum et Nestorianorum. Dogma item de Trinitate impugnatur. *Caput* 4um (p. 94—110): ‘ فى ابطال امانتهم واثبات خيانتهم ” confessionem fidei, quae dicitur Nicaena, vehementer perstringit. *Caput* 5um (p. 110—138): فى اثبات نبوّته ورسالته ‘ بما اظهره من معجزاته وآياته ” enervare studet argumenta pro summâ Christi dignitate ex ejus miraculis petita. *Caput* 6um (p. 138—165): فى انّه ما اتى بعجيب منها الّا سبقه بمثله (Cod. بمثلها) المرسلون ‘ واتى به من امّة نبيّنا السادة العارفون ” , docet Christum nullum miraculum edidisse, quod cujusve simile alius non item patraverit. *Caput* 7um (p. 165—199): فى انّ المسيح وان قصد وطلب ‘ ما قتل ولا صلب ” mortem crucis negat deque ejus necessitate dubia profert. *Caput* 8um (p. 199—212): ‘ فى الادلّة على انّ المصلوب الشّبه وانّه على قتليه عند قتله اشتبه ” والدلالة على رفعه اليه ‘ لشرفه عنده وكرامته عليه ” argumentis probare sibi proponit non Christum, sed alium ei similem cruci esse affixum. *Caput* 9um (p. 212—236): فى فضائح النصارى واليهود وحيل الرهبان ‘ وما رووه من البهتان ” complura dogmata et diversas opiniones memorat, quae inter Judaeos et Christianos reperiuntur, horumque dogmatum turpitudinem indicare conatur. *Caput* 10um (p. 236—278): فى البشائر

«الالهيّة، (1) بالنسمة المحمّديّة» agit de Mo_hammed*is* adventu tam in Veteri quam in Novo Foedere annunciato. *Conclusio* (p. 278—304): «فى ذكر معجزات منه عليه الصلاة والسلام لم يسبق مثلها لنبىّ ولا لرسول بل هى اعاجب واغرب، شاهدة بأنّه الاعزّ الاقرب» de miraculis disserit, a Mo_hammed*e* editis. — In fine libri, ubi librarius pauca adjecit, inter alia decalogus Arabice vertitur.

Hujus Operis, quod Theologis pretio minime caret, alia exemplaria tantummodo exstant in Bibl. Bodl. (Uri) n. 131 (cf. A. et E. II, p. 569) et 167.

N. CXXXIV.

(Ex Willm. Cat. n. 7, p. 6. Ab hoc emtus est e bibl. Walraven*i*, cujus vide Catal. p. 57, n. 12.)

Codex in 4°, 101 paginarum, in chartâ orientali charact. نسخى negligentissime at satis perspicue exaratus, manu sibi minime constanti. In subscriptione librarius testatur se Codicem absolvisse *tempore occasûs Solis die Martis* 5° *mensis Ģomādāe* 1oris a. 987. Exhibet «النصيحة الايمانيّة، فى فضيحة الملّة النصرانيّة», auctore نصر بن يحيى بن عيسى بن سعيد المتطبّب المهتدى (2), v. Ḫāgī-Cal. Tom. VI, p. 351 sq. Liber hicce, praecedenti similis, eodem quoque modo etiamsi multo brevius idem argumentum tractat, sed longe abest ut tanti pretii sit. Necessitudinem inter utrumque opus comperi

(1) Sic in Codicis initio, ubi capita enumerantur; mox in ipsius hujus Capitis inscriptione pro بالنسمة legitur بالعزّة.

(2) Codicem frustra perlustravi ad aetatem Auctoris magis definiendam.

nullam. Auctor, qui ipse antea religionem Christianam professus erat, sed deinde ʾIslāmum amplectebatur, mox acerrimus novae religionis propugnator evasit. Deo, tanti beneficii autori, gratias agit quam maximas, atque e tenebris ereptus et in clarâ luce obambulans, ipse nunc quoque e re suâ esse judicavit aliis item errores detegere, in quibus eheu! ipse tam diu versatus erat. Tractatum itaque sive *compendium* nostrum conscripsit, idque divisit in 4 sectiones, quarum 1ª (p. 9—24) agit فى مذاهب النصارى واعتقادهم, 2ª (p. 24—52) فى دعاويهم وتناقض كلامهم واختلاف اقوالهم, 3ª (p. 52—92) فيما ذكروه من معجزات المسيح عليه السلام وادّعائهم فيه الالهيّة وذكر ما كان لغيره من الانبياء من المعجزات, et 4ª (p. 92—101) فى الدلائل على نبوّة سيّد المرسلين من التورية والانجيل. Aliud hujus operis exemplar mihi non innotuit.

N. CXXXV.

(Ex Willm. Cat. n. 30, p. 8. Ab hoc emtus est e bibl. Bruin*ii* (n. 62), qui eum sibi comparaverat e bibl. Willemsen*i*, cujus vide Catal. p. 166, n. 1807. — Historiam porro Codicis illustrant verba, in ejus initio obvia: »Κτῆμα Jacobi Meieri Anno 1705 die 6 Aprilis." cet.)

Codex in 4°, 626 paginarum, charact. نسخى bene scriptus et compactus ligaturâ orientali, e corio nigro factâ. De scribâ aut aetate nihil notatur. Continet « غنية المتملّى ‘ فى شرح منية المصلّى » auctore ʾIbrāhīm ʾibn Moḫammed ʾal-Ḫalabī (+ 956), v. Ḫ. Ćal. VI, p. 227 sq. Auctor ex hoc majore Commentario deinde etiam minorem (1) excerpsit, qua-

(1) Epitome illa, quam exhibet Cod. Lugd. Bat. 1512, edita est Constantinopoli a. H. 1239 (1824), cf. *Orient.* I, p. 317 in n. Illam item exhibent Codd. Bibl. Dresd. 185 et 225.

propter major Commentarius, qui hoc exemplari continetur, in exteriore margine tam superiore quam inferiore الحلبى الكبير dicitur. Opere absoluto (p. 1—505), sequuntur (p. 506—626) *Supplementa*, eâdem manu scripta, et sic incipientia: تتمات فيما يكره من القراءة فى الصلوة وما لا يكره فى القراءة خارج الصلوة وفى الخ. Haec tamen Supplementa, in quibus nonnullae quaestiones fusius tractantur, non integra sunt; in fine enim aliquot (sed paucae, ut videtur) paginae exciderunt. — Commentarii majoris aliud exemplar exstat in Bibl. Upsal. 442(2). An idem statuendum sit de Codd. Bodl. (Uri) 137, Caes. Vindob. (Hammeri) 264 et 270, Paris. (apud Flügel, *W. Jahrb. d. Lit.* Vol. 92, *Anz. Bl.* p. 55, n. 14) et Goth. 99 (epitome?) alii videant.

N. CXXXVI.

(Ex Willm. Cat. n. 26, p. 7. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultens*ii*, cujus vide Catal. p. 603, n. 6980.)

Codex in 8°, 268 paginarum, scriptus charactere نسخى, sed Persarum more ad تعليق vergente. Quamquam a pag. 2—67 duodecim, a pag. 68 usque ad finem viginti et plures lineae in singulis pagg. reperiuntur, neque scriptura ubique prorsus eadem est, nihilominus eadem manus omnia mihi videtur exarasse, eaque non obscura quidem, haud tamen ubique lectu facillima. Codex ceterum ligaturâ, e corio factâ, compactus est et bene conservatus; de scribâ vero et aetate ejus nihil constat. — Si fidem habes iis, quae Willmet*us* in fol. 1° (cf. Cat. edit.) notavit, Codex offert »*Commentarium in Osoul*, «sive fundamenta religionis et juris Muhammedici, »*auctore* Ali ibn Muhammed ibn Ibrahim ibn Aban »*Razi alkelani*." Haec Willmet*us* scripsit, quoniam in ipso illo folio 1° r. (aliâ quam librarii ma-

nu) haec leguntur : شرح اصول كلنى (1), et in p. 9 ipsius libri haec occurrunt : قوله على بن محمد هو على بن محمد بن ابراهيم بن ابان الرازى (الكلنى) المعروف بعلان, (ubi istud الكلنى eâdem manu alienâ tanquam emendatio supra lineam scriptum est). Gravis autem me tenet suspicio, omnia, quae hîc de argumento et auctore libri traduntur, commentitia esse. Jam primum mihi plane ignotum est nomen relativum كلنى; deinde apud H̱. Ċalîfa*m* neque in Articulo اصول, nec quantum scio alibi, ulla de hujusmodi libro aut de ejus nominis scriptore mentio fit, ac denique locus e pag. 9 descriptus non auctorem libri, Commentario hîc illustrati, indicare videtur, sed pertinere ad alium virum, a libri auctore citatum : ibi nimirum in ejus libro mentio fiebat de على بن محمد, et jam Commentarii auctor addidit هو على الخ. Sententiam igitur Willmet*i* has ob causas reprobanti, mihi tamen non contigit certius quid deprehendere. Nihil enim ex initio libri, sic (sine inscriptione) incipientis : الحمد لله ربّ العالمين والصلوة على سيّد المرسلين وخاتم النبيين محمد وآله الطيبين الطاهرين قوله المحمود لنعمته المعبود لقدرته لما كان انعامه باعثا لان يحمد الخ, effici potest, nisi huic libro inesse Commentarium in alium librum, inter cujus prima verba fuerint المحمود الخ (2), quae Commentarii auctor explicat

(1) Eadem in tergo Codicis exstant et in summo margine exteriore foliorum (: اصول كلنى); in inferiore foliorum margine: ...... اصول شى (?) حاشية, cetera autem obscuriora sunt, quam quae, a me certe, legi possint.

(2) Verba, quae post haec explicantur, sunt: المطاع فى سلطانه et المرهوب لجلاله.

illis لما كان الخ. Et sic in seqq. identidem citat per قوله verba auctoris sui, quae ille nunc fusius nunc brevius illustrat. Quod vero ad argumentum et divisionem libri attinet, memorabilis est locus, qui p. 263 in f. exstat: هذا اخر ما علّقناه على كتاب العقل والعلم والتوحيد من كتاب الكافى ويتلوه كتاب الحجة ان شاء الله تعالى. Hinc enim, coll. inprimis p. 5, 48 sq. et 120, apparet priorem libri partem agere de scientiâ in universum, de erudito, ejusque laude et requisitis cet., alteram de Dei unitate. كتاب الحجة, qui hanc postremam partem excipere debuisset, fere prorsus desideratur; statim enim in ipsius initio Codex noster abrumpitur. Jam porro e loco, e p. 263 citato, coll. rursus p. 49 et 120, paene certo efficeres, librum, de cujus partibus modo vidimus, ipsum الكافى appellatum fuisse, at inter libros hoc nomine insignitos nullum novi, qui noster sit. Suum ergo locum nostro libro assignare e solo Codice nostro mihi non contigit. Aliis, pluribus subsidiis instructis, ut res melius cedat lubenter opto. Hoc tantum addo, Commentatorem vixisse post Sec. H. 6um, quippe qui p. 2 al-Motarrizī citat, a° 610 mortuum (1).

(1) Alii, quos vidi citatos, sunt: p. 12 على بن محمد
الكلينى ابن عبد الله بن اذنيه من مشايخ, p. 49 محمد
ابن يعقوب, p. 142 على بن عقبة بن قيس بن سمعان
(?) ابن ابى زنجه, p. 145 طاهر بن حاتم بن ماهويه
القزوينى et ابو جعفر ابن بابويه (v. H̱. Ċal. IV, 110 et 270), cui hîc et p. 155 adscribitur كتاب التوحيد, p. 155 سليمان (سليم) مولى طربال, et p. 204 محمد بن يحيى.

N. CXXXVII.

(Ex Willm. Cat. n. 31, p. 8. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultens*ii*, cujus vide Catal. p. 603, n. 6979.)

Codex in 8° maj., 67 paginarum, charact. نسخي perspicue scriptus, additis vocalibus, et bene conservatus. De scribâ et aetate nihil notatur. Continet brevem tractatum de iis, quae inter precandum observanda sunt, divisum in *introductionem*, 3 *sectiones* et *conclusionem*. Post *bismillam* sic incipit: الحمد لله رب العالمين — اما بعد فهذه رسالة وجيزة فى فرض الصلوة اجابةً لالتماس مَنْ طاعته حتم واسعافه غنم الخ. Auctor vero nullibi memoratur. In Codice adjicitur explicatio vocum Persica interlinearis. Sine dubio est idem libellus, quem exhibet Cod. Bodl. (Uri) 145(1), coll. II, p. 570.

N. CXXXVIII.

(Ex Willm. Cat. n. 28, p. 7. Ab hoc emtus est e bibl. Bruin*ii* (continebatur fasciculo 81*), qui eum sibi comparaverat e bibl. Willemsen*i*, cujus vide Catal. p. 167, n. 1773. — Historiam Codicis porro illustrant verba, in fine obvia: »*dit boeckjen is gecomen uyt een Turckse prijs bij het fregat den Arent A°. 1694 in de middellantse zee vercvert.*")

Codex in 8° min., 216 paginarum, iis nempe exceptis quae, ut praesertim in fine libri, vacuae relictae sunt. Manu rudiore valde negligenter scriptus est in chartâ Europaeâ charactere Mauritano. Occidentali more ac bene compactus est ligaturâ pergamenâ. Neque anni nota neque scribae nomen memoratur. Codex adversaria exhibet, in quibus quis varia theologica et magica notavit in proprios

usus. Incipit p. 1 a فائدة للجميع الامراض والاسقام ; similia sequuntur usque ad p. 10. — Inde a p. 11 exstat prolixa narratio, quae percurrit ad p. 114 et tota ficta est in laudem Mohammed*is*, ut nempe significetur, secula ante ejus missionem praeterlapsa ejus gloriam jam praedicasse. Vir enim ابو لوقيه dictus, Israëlita, et patris in regno successor, a patre moribundo admonitus erat, ne e 7 aedificiis aperiret quod ordine erat ultimum. Filius non obedivit, aedificium aperuit, et ecce tabernaculum, quod arcam complectebatur, in quâ latebat liber. Hoc lecto protinus summam Mohammed*is* dignitatem cognovit, regnum vicario tradidit et Prophetam quaerendi causâ iter suscepit. Multa jam mirabilia et inaudita experitur, donec tandem dorso avis insidens ex itinere redit et cuncta quae vidisset cum suis communicat. — P. 115—133 nonnulla ex traditione referuntur de precum praestantiâ. — Inde a p. 133 usque ad finem non nisi magica occurrunt, arcte, ut solent, cum theologicis cohaerentia. Sunt preces, quibus fusis omnia mala avertas et bona quaevis accipias. Istiusmodi amuleta, sive praecepta magica (حجاب (1)) exstant p. 133: حجاب حجاب للبيع والشراء وعقد للقبول الخ, p. 137 الحديد وعقد الالسنة وللدخول على السلاطين الخ, p. 143 حجاب للقبول الخ, p. 147 حرز الناقة للحسن ابن على بن ابى طالب رضه, p. 151 عقد الحديد, p. 155 حجاب النبى صلعم, p. 159 قبول عظيم, p. 164 ابو عبد الله حجاب انوار ex traditione viri docti محمد بن عبد الحق الصنهاجى, amuletum gravissimum summaeque utilitatis, p. 178—196 تهليل

(1) Notum est, hanc significationem voci حجاب inesse, quamquam haec in Lex. Freytag*ii* desideratur.

القران العظيم , de formulae لا اله الا الله , 37[ies] in al-Qorāno obviae, vi atque efficaciâ, p. 197 حجاب دنيال عس , quod Daniëlis amuletum inde a p. 201 usque ad Codicis finem alia magica excipiunt, in quibus denuo (p. 202 sqq.) قبول عظيم apparet.

CXXXIX.

(Ex Willm. Cat. n. 37, p. 9. Huic dono datus est a. 1797 ab Ant. de Rooy, Rect. Gymn. Hard.)

Codex in formâ minimâ, 63 paginarum, non male scriptus in chartâ gossypinâ charactere Africano, et bene compactus ligaturâ recenti orientalem in morem. De aetate scripti Codicis nihil relatum est. Continet p. 1—17 تهليل القران العظيم , vide Num. praeced. p. 178—196. — Inde a p. 17—21 mentio fit de 99 nominibus Dei, sed item in usum magicum, nam من احصاها دخل الجنة بغير حساب. Haec deinceps enumerantur. — P. 22—49 visio nocturna viri docti عبد الرحمان الثعالبى , quae, ut ea quae a p. 49—57 et a p. 58 usque ad finem leguntur, usui magico inserviunt.

N. CXL.

(Ex Willm. Cat. n. 36, p. 9. Ab hoc emtus est e bibl. Bruinii, in cujus Catal. hic eodem fasciculo continebatur ac n. 27, 28, 33, 34 et 87.)

Codex in 4° min., 15 paginarum, scriptus in chartâ Indicâ charact. نسخى majore, manu perspicuâ. Ligatus est ligaturâ recenti orientalem in morem. Anni notâ scribaeque nomine caret. Liber preces continet Malaïcis destinatas. Sic incipit:

اللهمّ صَلِّ على محمد وعلى آل محمد اعوذ بالله من الشيطان الرجيم الخ

N. CXLI.

(Ex Willm. Cat. n. 137, p. 21. Incertum, quomodo ad hunc venerit.)

Codex in 8° min., 22 paginarum, charact. نسخي bene scriptus et tegumento serico tectus. De aetate ac scribâ quamquam in Codice nihil notatur, aliunde tamen mihi innotuit, Stephanum Schultz*ium* a° 1753 Qāhirae eum exarasse. Hic enim in suo diario (Num.°, qui ex Willm. Cat. est n. 196, p. 889 sq.) narrat, doctissimum Hocker*um* die 30mo mensis Augusti ipsum hoc opus describendum ei tradidisse, quem laborem, statim inchoatum, mox die 1° mensis Septembris (l. l. p. 897) absolvit. Liber inscribitur قصة البهلول et continet, versibus interpositis, meditationes religiosas poëtae Moslimici, Bahlul dicti (1). — Willmet*us* versionem Latinam hujus opusculi inchoaverat, cujus particula exstat in chartulâ separatâ 2 paginarum et dimidiâ, quae Codici inserta est. In hac versione, ut ipse adscripsit, multa adhuc emendanda sunt.

β. Religio Christiana.

N. CXLII.

(Ex Willm. Cat. n. 2, p. 5. Ab hoc emtus est e bibl. Walraven*i*, cujus vide Catal. p. 57, n. 11. — In folio 1° r. legitur: »Liber Joannis Boreel middelburgensis 1597." (2))

Codex in 4°, 360 paginarum, charact. نسخي

(1) Schultz*ius* (l. l. p. 897) haec de eo tradit: »er ist einer von den besten Poëten hier in Egypten, vom Evangelio weisz er nichts, indessen ist seine Moral nicht zu verwerffen."

(2) Joannes Boreel, a° 1577 Medioburgi natus, vir magnâ

in chartâ gossyp. perspicue scriptus et pergameno involucro tenui compactus occidentalem in modum. Librarius nihil aut libro praefixit aut medio libro inseruit, ex quo nomen suum aut tempus scripti Codicis appareat, nec quidquam effici potest e subscriptione (p. 360), quae fere tota detrita et obscurata est. Omnia tamen referunt aetatem remotiorem. Prior Codicis pars optime se habet et facillime legi potest, sed pars posterior magnam jacturam passa est per humorem, quo effectum est ut atramenti color in multis paginis, praesertim versus finem, magis minusve obscuratus sit. Continet versionem Arabicam Epistolarum N. T. ut et Actuum Apostolicorum. Incipit (p. 1):

بسم الاب والابن والروح القدس اله واحد

نبدا برحمة الله سبحانه وتعالى بترجمة مقدمة

رسائل بولس الرسول المغبوط صلاته تحفظنا

امين والسبح لله دائمًا ابدًا

هؤلاى الذى فيهن حكمة واسرار الخ

a quibus verbis initium ducit laudatio epistolarum Pauli. In fine pag. 1[ae] pergitur ad expositionem vitae Pauli, quae ad finem p. 5 procurrit. Tum in p. 6 sequitur enumeratio testimoniorum e V. T. a Paulo adductorum (تفصيل الشهادات), quorum

---

in republicâ dignitate conspicuus. In provinciâ Zeelandiae splendidum magistratum gessit ejus quem nostro sermone nuncupant *raadpensionaris*. Insignis etiam erat literarum orientalium patronus. Multa Mss[a] in itineribus, quae fecit, sibi acquisivit, eaque cum Erpenio communicavit. Cf. *Cat. Codd. Bibl. Lugd. Batav.* I, p. 58 ad n. CVIII. A°. 1629 mortem obiit. Vid. van der Aa, *Biogr. Woordenboek der Nederl.* in v.

numerus esse dicitur 127, et simul ex ordine diversi libri V. T. recensentur, ex quibus ii loci adducuntur, dum insuper additur, quot loci e singulis libris citati sint. Ea testimonia, in singulis scriptis obvia, mox verbotenus exhibentur; sic mediâ p^â^. 6^â^ in ep. ad Rom. adduci leguntur e V. T. 48 loci; p. 10 in priore ad Cor. 17 loci; p. 11 in posteriore ad Cor. 11 loci; p. 12 in ep. ad Gal. 11 loci; p. 12 fin. in ep. ad Ephes. 6 loci; p. 13 in priore ad Tim. 2 loci; p. eâdem in posteriore ad Tim. 1 locus; p. eâdem in ep. ad Tit. 1 locus; p. eâdem in ep. ad Hebr. 30 loci; horum testimoniorum enumeratio desinit in fine p. 15; p. 16 a librario vacua relicta est, et in p. 17 incipit ipsa versio primae ep.^ae^ Pauli, ut dicitur, ad Romanos (الرسالة الاولى الى اهل رومية). Ordo sequentium ep.^arum^ est hic: Cor., Gal., Ephes., Phil., Col., Thess., Tim., Tit., Hebr., Jac., Petr., Joh., Jud., quibus subjungitur liber Actuum Apostolorum.

Haec versio Arabica eadem est atque versio, ex quâ Nisselius et Petraeus a° 1654 ediderunt tres Epistolas Johannis et Epistolam Judae, Arabice. Hoc apparet ex collatione ejus textûs cum hoc Codice et praesertim ex annotatione, ab illis ei editioni subjunctâ, in quâ locos indicant, in quibus textus a se editus discrepet ab editione Erpenianâ (Leidae 1616, 4°), factâ e Cod. Bibl. Lugd.-Bat. n. 217. Hanc lectionis varietatem ex mendis derivant, quae, ut ajunt, emendarunt e Ms. exemplari, quod ex bibl. Borelianâ Academia Leidensis sibi comparavit. Omnes vero loci ibi indicati iisdem verbis in hoc Codice leguntur. Apparet ergo, ét hunc Codicem versionem continere eamdem illam (exceptis paucis variantibus) quam Erpenius e dicto Cod. edidit, factam ex versione Peschito Syriacâ (exceptis epistolis 2^a^ Petri, 2^a^ et 3^a^ Johannis et Judae, quae in Peschito non occurrunt) ét, quod memoratu dignum videtur, hunc nostrum olim fuisse

Codicem Bibliothecae Lugd.-Batavae, quamvis nunquam in Catalogis notatus fuerit.

N. CXLIII.

(Ex Willm. Cat. n. 4, p. 5. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Codex in 4° min., 174 paginarum, charact. نسخى grossiore ductu exaratus in chartâ gossyp., et recenti ligaturâ compactus orientalem in modum. Vetustate tritus est et a fine mutilus. De aetate nihil traditur, quamquam ex omnibus patet hanc esse valde remotam. Continet *excerpta ex epistolis, sed praesertim e sermonibus Sancti Ephraëmi Syri* (+ 378). Incipit hoc modo: بسم الاب والابن والروح القدس الاله الواحد وبمعونته ابتدى فى تعليق ما اختصر من كتاب القديس مار افرام السريانى من رسالته الى يوحنا الراهب فى ان لا (1) ننخدع للافكار فى طلب السياحة. Primum igitur excerptum est ex epistolâ ejus ad Johannem Monachum; tum sequitur (p. 6) excerptum من اخبار الرهبان (2) et deinde (a p. 25—160) excerpta e majori parte sermonum 52, quorum catalogus exhibetur in Catal. Bibl. Vatic. p. 129 sqq. (coll. Assemani *Bibl. Or.* I, p. 150 sqq.), et in Cat. Mus. Brit. II, p. 26 sqq. Nullus autem ordo ab epitomatore observatus est: sermones enim 2 (p. 25), 8 (p. 30), 9 (p. 47), 11 (p. 50), 13 (p. 53), 17 (p. 54), 19 (p. 55), 25 (p. 56), 22 (p. 57), 6 (p. 60), 42 (p. 83), 3 (p. 90) cet. in

(1) Cod. Vatic. 67 (v. Assemani, *Biblioth. Or.*, I p. 150) et Cod. Mus. Brit. 23 (Cat. II p. 26) legunt: ينخدع بالافكار; Cod. Bodl. (Nic.) 37 (Cat. p. 38) ننخدع بالافكار.

(2) Ex hoc excerpto duo folia exciderunt, ut notae Copticae (in Num. praec. et CXLV, ex Willm. Cat. n. 2 et 5, item obviae) comprobant.

Codice se invicem excipiunt, dum inscriptiones docent, ordinem eumdem, qui in Codd. Vatic. et Mus. Brit. tenetur, epitomatori bene notum fuisse. Post excerptum e serm. 52 (p. 159) sequitur (p. 160) aliud من قول فى التحريص على الخير ما دام تمكنا, quod (p. 161) excipit رسالة تهذيب. Tandem in fine vol.is (p. 166) occurrit epistola Sancti Basilii, quam scripsit ut responderet epistolae acceptae a Sancto Gregorio (رسالة للقديس باسيلوس (l. باسيليوس) كتبها جوابا عن القديس اغريغوريس (l. اغريغوريوس)), cujus hîc novem tantum paginae supersunt; reliquae interierunt.

Codd. (Arab.) Vatic. 67, 68, Mus. Brit. 23, Bodl. (Uri) 60 (inter Codd. Christ.) et (Nic.) 37 ac Paris. 55, 56, 57 similes versiones exhibent.

N. CXLIV.

(Ex Willm. Cat. n. 3, p. 5. Ab hoc emtus est e bibl. Bruinii (n. 66), qui eum sibi comparaverat e bibl. Willemseni, cujus vide Catal. p. 166 n. 1813.)

Liber in 4° maj., 186 paginarum, perspicue scriptus, et in modum orientalem bene compactus. Est apographum, quod mense Augusti a. 1738 J. J. Reiske*us* confecit e Cod. nunc Lugd.-Bat. 1223*b* (1).

Continet Codex Lugd.-Bat. الدرّ المنتخب ليوحنا فم الذهب i. e. *Eclogam* (s. Anthologiam) *Joannis Chrysostomi* († 404). Ecloga illa constat homiliis, a posteris ex homiliis Chrysostomi excerptis, quarum ordo et numerus in variis editionibus differunt. Montfaucon*ius* in ed. suâ Oper. Chrys. Tom. XII, p. 428 sqq., Savilium secutus, 48 homilias edidit, Morellus tantum 31. In versione

(1) Codex olim Schult., v. Cat. J. J. Schultens*ii* p. 601 n. 1124.

nostrâ Arabicâ, ab Athanasio, Patriarchâ Antiocheno, factâ, habentur 34, quarum 1ª ex. gr., *de liberorum educatione*, ap. Montfauc. est 27ª, 2ª, *de mulieribus et pulchritudine*, 14ª; 3ª, *de non contemnendâ Ecclesiâ Dei et sanctis mysteriis*, 9ª est ap. eumdem, et sic porro. E *Bibl. Arab.* Schnurrer*i* p. 272, n. 267 patet, hanc versionem Arabicam a° 1707 Halebi prodiisse. E dicto Codice Lugd.-Bat. Reiske*us* Homilias 1—13 et 15 descripsit et notas latinas, passim in margine exaratas, addidit, ut nonnulla verba et dictiones explicaret. Certis quibusdam de caussis, ut Reiske*us* ipse ait, Homiliam 14tam in aliud tempus aliasque rejecit sedes. Post Hom. 15am nihil amplius in apographo exstat: substitit ergo in medio labore, nec deinde eum ad finem perduxisse videtur.

N. CXLV.

(Ex Willm. Cat. n. 5, p. 5. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Codex in 8° min., 399 paginarum, charact. نسخي perspicue in chart. gossyp. scriptus, et ligaturâ recenti compactus orientalem in morem. Anni notâ caret, sed sine dubio antiquus est. Codex in fine integer videtur, sed in initio vetustate tritus est et lacer, ita ut plura folia aut exciderint aut, ut tota fere prima, interierint. Recens manus folio primo vacuo inscripsit كتاب مسائل في الديارة (1) المسيحية, quibus verbis non nisi conjectura inesse videtur. Continet enim hic Codex scripta Sancti Isaaci Syri, sermones praesertim, quorum jam statim 40 numerantur, ac praeterea perpaucas epistolas. E 4 lineis, quae in fol. 1 v. inscriptionem exhibuerunt, haec verba finalia tantum supersunt:

(1) Male in Willm. Cat.: الهربانية.

العالم وجهاد — قديس مارى — الاله الواحد (?) — يا رب ارحم, dum in fine lineae 1[ae] seq. verba adhuc supersunt: تولد من. Ex his titulus sermonis 1[i] effici nequit, sed mihi hunc percurrenti apparuit, eum agere de vitâ monasticâ, quod argumentum in plerisque sermonibus, hîc obviis, tractatur. Quis sit Isaacus ille ubique *Syrus* dictus, liquet e *Bibl. Or.* Assemani. Inter sermones enim in Codice nostro eosdem deprehendi, qui in libro dicto reperiuntur. Sic v. c. is, qui in Cod. p. 379 exstat, idem est qui l. l. Tom. I, p. 450 sub n. 11 memoratur; epistola (رسالة الى اخ كان يحب السكوت) in Cod. p. 350 obvia, l. l. p. 458 sub n. 40 legitur, et sic sine dubio longe plura, omnia fortasse scripta, quae Codex complectitur, ab Assemanio l. l. recensentur. Hinc ergo certo apparet, Isaacum illum Syrum non alium esse ac Isaacum Ninivitam, qui, Assemanio teste, seculo sexto ad exitum vergente floruit. Codices qui versiones operum ejus Arabicas exhibent, rari videntur; praeter Codicem enim ab Assem. laudatum et huncce nostrum, alius mihi non innotuit, qui eodem modo collectionem scriptorum hujus viri Sancti complectitur.

N. CXLVI.

(Ex Willm. Cat. n. 162, p. 24. Ab hoc emtus est e bibl. Walraveni, cujus vide Catal. p. 59 n. 38.)

Codex in 8° min., 57 paginarum, charact. نسخى perspicue scriptus et occidentali more bene compactus. De scribâ et anni notâ nihil traditur. Post bismillam statim sic incipit: نبتدى بعون الله تعالى وحسن توفيقه نكتب امثال بمعانى ملخّصة تاليف ابينا العظيم فى القديسين غريغوريوس الثاولوغس صلاته معنا امين. Sunt itaque *parabolae*, fere omnes,

paucis tantum exceptis, ab animalibus desumtae, in quibus omnia ad Christum aut Christianos referuntur. Consilium earum dogmaticum est et praesertim morale. Libri auctor, quamquam Gregorius Theologus vocatur, re verâ tamen celeber ille Gregorius Nazianzenus non est; nisi fallor, liber est supposititius, qui recentiori aetate sub ejus nomine prodiit. Cod. Lugd.-Bat. 66(2) simile opus, linguâ Syriacâ scriptum, exhibet, quod item injuriâ Basilio (Magno) tribuitur.

N. CXLVII.

(Ex Willm. Cat. n. 161, p. 24. Incertum, quomodo ad hunc venerit.)

Codex in 8° min., 73 paginarum, in chartâ varii coloris charact. نسخی bene scriptus et ligaturâ recenti orientalem in modum compactus. Librarius et anni nota in Codice non memorantur, sed aliunde indicari possunt. Manum enim Schultz*ii* hîc deprehendere mihi videor, quam sententiam nota simul confirmat, unde videmus, hunc Num.um cum ceteris, qui ex officinâ Schultz*ii* et Woltersdorff*ii* prodierunt, a° 1773 in potestatem venisse Willmet*i*. Probabile igitur est, Num.um praecedentem, arctissimo vinculo cum nostro conjunctum, (ex eo enim hic noster Codex descriptus videtur), ejusdem esse originis. — Alterum est ejusdem operis exemplar, sed minus emendatum.

N. CXLVIII.

(Ex Willm. Cat. n. 199, p. 30. Incertum, quomodo ad hunc venerit.)

Codex in 4°, 132 paginarum, charact. نسخی nitide exaratus et bene compactus orientalem in modum. Librarius neque nomen suum neque anni no-

tam memoravit, sed aliunde novimus (1), Schultzium a° 1753 'al-Qāhirae Codicem descripsisse ex exemplari Doct.mi Hockeri. Continet historiam sine dubio recentioris aetatis (2), nempe سيرة القسّ نصير مع ابنه مرقس. In fol. seq., postquam Auctor libri argumentum paullo accuratius his verbis indicavit: نبتدى بعون الله تعالى وحسن توفيقه بنصّ سيرة القسّ نصير الاسكندرانى وابنه مرقس حين عصى وخرج من يد ابيه ورجوعه اليه ثانيا وعلى الله التوفيق, liber ipse sic incipit: (3) الحمد لله فاحص الامور، الذى نقلنا من الظلمة الى النور، وعتقنا من العدو الغرور، فلنسبحه على ممرّ الزمان والدهور، ونتشفّع بصلاة مريم ام النور، ونسأله يزكّى افهامنا، وينير (4) اذهاننا، امين (5) كيرياليصون قال كان بمدينة الاسكندرية كاهنا يدعى القسّ (6) نصير وله زوجة قديسة تسمّا

(1) V. Diarium Schultzii Ms. (Num., qui ex Willm. Cat. est n.196) p. 846, 877 et 908. Schultzius et Woltersdorffius ambo hunc librum sibi descripserunt, ut eum, duce magistro Gabriele Ḉabūr (جبور), perlegerent. Exemplar Woltersdorffii in collectione nostrâ desideratur. Ex eodem hoc libro Schultzius, mox 'al-Qāhirâ profectus, Turcis, ipsius in itinere maritimo comitibus, particulam praelegit, v. opus editum, *Der Leitungen* cet., Tom. IV, p. 359.

(2) In pag. 117 homines dicuntur ante 5500 annos et quod excurrit e Paradiso fuisse expulsi.

(3) In marg. المجد.

(4) Cod. اذهاننا. (5) I. e. *Kyrie eleyson.*

(6) Cod. hîc نصير, et sic item Schultzius in Diario Ms., modo laudato, p. 846.

طابيعنا التى تاويلها غزال الـخ. Historia huc redit: parentes dicti prole orbati erant et nihil magis exoptabant quam filium haberc cui magnas suas divitias relinquerent. Deus eorum preces exaudivit. Filius ex voto matris in ecclesiâ Marci Euangelistae cultui Dei dedicatus, mirificâ rerum divinarum scientiâ adolescens jam excellebat et dies noctesque templo adhaerens cultui sacro summo cum ardore deditus erat. Viginti vero annos nato ei altercatio oboriebatur cum patre de conjugio, quo facto juvenis ille, qui antea assidue preces fuderat, et religiosissime jejunia observaverat, mox Baccho ventrique se tradere coepit. Pater vehementi dolore afflictus Marcum nostrum monet, ut viam istam pravam derelinqueret. *Longa* disputatio jam instituitur, cui mater, 12 sacerdotes aliique immiscentur. Tandem res bene cedit. Ad pristinam vivendi rationem filius redit, atque in locum patris suffectus, sacerdotio fungebatur ad aetatem usque valde provectam.

N. CXLIX.

(Ex Willm. Cat. n. 10, p. 6. Ab hoc emtus est e bibl. Bruin*ii* (n. 58), qui eum nactus erat e bibl. Willemsen*i*, cuius vide Catal. p. 165 n. 736. — Willemsen*us* eum emisse videtur e bibl. Hadr. Reland*i* (v. Cat. Mss. p. 2 n. 16), hic vero e bibl. J. Golii, in cujus Cat. Mss. tamen non comparet.)

Liber in fol., 87 paginarum, a Jac. Golio a. 1647 negligenter admodum scriptus. Est rude autographum, cum passim contineat lituras, additiones cet. ab auctore ipso factas. Accedit huic incommodo, quod opusculorum, quae complectitur, primum imperfectum et ordinem foliorum, bibliopegae incuriâ, perturbatum exhibet. Lacer igitur hic liber, ut nunc est comparatus, offert Golii versionem Arabicam statutorum, post Synodum Dordracenam in ecclesiis Belgicis vigentium, nempe: *Confessionis Belgicae*,

cujus tamen non nisi Artt. 3[us], 4[us] (fol. 47 r.) et 22[us] — 37[um] s. ultimum (fol. 4 r. — 11 r.) hîc reperiuntur, *Liturgiae* s. formularum in parvulis baptizandis, cet. adhibendarum (fol. 11 v. — 36 v.), quibus denique accedit versio Arabica *Legum Ecclesiasticarum*, quarum 1[a] — 60[am] in fine libri (fol. 37 r. — 43 v.), 61[a] — 86[am] s. ultimam in ejus initio (fol. 1 r. — 3 v.) leguntur.

N. CL.

(Ex Willm. Cat. n. 9, p. 6. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Codex in 8° min., 106 paginarum, charact. نسخى, manu perspicuâ sed incomtâ, in chartâ lineatâ exaratus, et corio rubro bene compactus. In fine sequens legitur subscriptio : قد (1) ثم الكتاب المبارك على يد احقر العباد الدى من عظم كثرة خطاياه ودنوبه ليس يدكر له اسم بين الانام فلاكن من اجل انه نسخه لداته ملكيه يوسف ولد عبد المسيح فى سنة ١٧١٣ مسيحيه فى شهر ادار تانى يوم وايضًا نطلب من كل اخ ينظر فيه غلط يصلحه الله يصلح حاله دنيا واخره والسبح لله دايمًا. In singulari hoc libro ab initio (statim sic incipit : انا شجرة الحياة الخ) usque ad finem introducitur persona, aenigmatice de se ipso loquens, sed tam magnifica tamque mirabilia (2) de se praedicans, ut vix putares te mor-

(1) Sic Codex, quem presse secutus sum.

(2) Speciminis causâ sequentia trado : انى اله ولكنى خليقته ايها الانسان ان اردت معرفتى ارفع راسك الى

talem audire, hîc verba facientem. Nihilominus nullus dubito, quin hîc loquatur monachus Christianus, de suâ sorte et dignitate eximiâ glorians. Hoc jure efficere mihi videor e sermonibus, hîc habitis, atque etiam confirmare videtur nota in Codicis initio obvia: هذا الكتاب كتاب شماس حنا ابن مقرسى فرج الله من بيت الموصليه.

N. CLI.

(Ex Willm. Cat. n. 11, p. 6. Ab hoc emtus est e bibl. Walraveni, cujus vide Catal. p. 59, n. 44.)

Codex in 12mo, 74 paginarum, nitidissime scriptus in chartâ Europaeâ charact. نسخى perspicuo, additis vocalibus. Paginae inclusae sunt lineis rubris geminatis. Ligaturâ, corio rubro constanti, eleganter compactus est. In initio legitur: »dono dedit »idem qui scripsit — Salomon Damascenus, ὁ καλλι»γράφος." Hic tamen vix idem videtur atque is, qui textum Arabicum scripsit: huic enim sequens clausula subjuncta est: تمّت الصلوات المسيحيّة فى نهار الاحد سنة 1797 (sic) وهو اخر يوم من السنة المذكورة فى مدينة بهريس (*Paris*) فى ثلاثون (sic) كانون الاول وذلك برسم العالم فريد عصره وقدوة اهل زمانه فخر خلّانه نجم اهل بلاده مالك اللّغات السيّد بوفين (*Bauvin?*) حافظ مكتبة السلطان. Vir ille

---

انا فقير فى السما ناظرًا الى عجايبها ترانى. Alibi: داتى مغنى غيرى انا عارى واموت من البرد ومع ذلك انا اكسى الاغنيا الخ. Alibi denique: انا مستوطن فى بيتى واظن انى غريب انا انيس الخلوة وجليس الوحد ولا اخلو وحدى ابدًا الخ

بوثين, in cujus gratiam liber est conscriptus, mihi ignotus est. Continet, uti in titulo (cf. clausula) legitur, بعض الصلوات المسيحية, quibus verbis argumentum fusius tantum indicatur. A pag. 1[a] enim usque ad 7[am] exstant variae preces, in quibus oratio Dominica et ave Maria, a p. 7—11 *Canon major fidei*, s. symbolum Nicaenum, a p. 11—13 oratio Sancti Ephraim Syri, a p. 13—16 oratio ex S. Joanne Chrysostomo, a p. 16—17 oratiuncula ad Virginem ex S. Joanne Damasceno, a p. 17—18 oratio ad Virginem, a p. 19—30 litania Virginis e sermone Latino, a p. 31—33 Canticum Mariae, a p. 34—37 Canticum Zachariae, a p. 38—74 septem Psalmi poenitentiales Ps. 6, 31, 37, 50, 101, 129 et 142. — Praeter 74 paginas textûs Arab. in oppositâ libri parte 6 aliae offeruntur, Latine scriptae, quae continent *Interpretationem orationum, quae Latine non inveniuntur.* In fine (p. 6) haec adduntur: *Nota quod haec duo cantica et hi septem psalmi poenitentiales sint descripti ex exemplari quodam, quod nunquam fuit typis excusum, videtur vero esse translatum ex versione Septuaginta interpretum et illo utuntur Ecclesiae orientis quae Graeci sunt ritûs.* 2⁰ *versionem orationum, quam hîc apposuimus, esse ad verbum factam.*

M. Juridici argumenti.

N. CLII.

(Ex Willm. Cat. n. 40, p. 9. Ab hoc emtus est e bibl. E. Scheidii, cujus vide Catal. p. 95, n. 47. Hic a. 1767 ex Oriente eum accepit.)

Codex in fol. min., 296 paginarum, charact. نسخي obscurius et negligentius scriptus, quum omnia fere puncta diacritica desint. Ligatus est ligaturâ orien-

tali modo sordidiori. Codex, nisi autographon sit, certe non diu post mortem Auctoris exaratus videtur. Quid contineat, non statim apparet: folia enim priora, quot nescio, interierunt. Abrupte incipit a verbis: ما تقولون ولا جُنُبًا الّا عابِرِى سبيل حتّى تغتسلوا ولان عائشة روت ان النبى صلعم قال الخ (1). In marg. vero exteriore (*la tranche*) legitur شرح مقنع, et in subscriptione: تمّ الجزو الاوّل من شرح كتاب المُقنع بحمد لله الخ. Hinc igitur apparet, nos hîc habere *Partem primam Commentarii in librum*, مقنع *dictum*. Plures autem libri sunt, hoc titulo insigniti, ita ut quaestio oboriatur, quis hîc designetur. Jam e Commentario mihi apparuit, Auctorem libri explicati praeter مقنع etiam composuisse libros المغنى et الكافى dictos (v. p. 56, 62, 70 cet.), unde, coll. Ḫāgī-Ċal. V p. 22, 652 et 654, certum fit spectari مقنع فى فروع الحنبلى, auctore موفق الدين ابو محمد عبد الله بن احمد بن محمد بن قدامة المقدسى (+ 620) (2), v. Ḫāgī-Ċal. VI, p. 96 et Hammer*us* *Liter.-Gesch. der Ar.* VII, p. 366. Prima haec pars, in *libros* (كتاب) et *capita* (باب) divisa, agit de purificatione, precibus, eleemosynis, jejunio, peregrinatione cet.; pars secun-

(1) V. Sūr. 4, vs. 46.

(2) Scheidius possidebat aliud opus hujus viri (v. Cat. p. 95, n. 50) n. تبيين فى انساب القرشيين, v. Ḫāgī-Ċal. II, p. 188; Codex ille nunc Monachii servatur, v. *Z. d. D. M. G.* XIII, p. 229 (locus Ḫāgī-Ċalifa*e* Rödiger*um* fugit). Aliud opus ejusdem Auctoris, n. كتاب التوابين, exstat in Cod. Lugd.-Bat. 807, v. Dozy *Cat.* II, p. 189 sq.

da, quae eam excipiet, inchoabit a *libro de bello sacro* (كتاب الجهاد). Quis vero ille sit, qui in hunc librum Commentarium scripsit, affirmare non possum. Notavit quidem manus recentior ad verba شرح كتاب المقنع (e subscriptione): لابن المنى, e quo Scheidius لابن المثنى effecit, sed num fides his vocabulis haberi possit, me prorsus ignorare fateor. Ḥāgī-Ćal. inter Commentatores nullum virum hujus nominis memorat. Ex ʿaḏ-Ḏahabīo (المشتبه, Cod. 325, in v. منى) patet, nomen المنّى s. المُنَى multis Ḥanbalitis proprium fuisse, sed nullum inter viros, quos nominat, reperio qui noster esse possit. Num ad hanc quaestionem dirimendam aliquid conferre possunt verba, quae admodum negligenter et obscure manus illa recentior subscriptioni adjecit: هذا خط محمد بن محمد بن صالح (?) ....هي الحنبلي في سنة ٩٩٣ (?), perspicere nequeo. — Codex Paris. n. 329 (ap. Flügel. in *Jahrb. d. Lit.* Vol. 92, *Anz. Bl.* p. 48) itidem Commentarium in nostrum opus continet, quemnam, non traditur. Praeter hunc Codicem non alia exemplaria sive operis explicati sive ejus Commentariorum mihi innotuerunt.

N. CLIII.

(Bibliothecae Instituti dono datus a Viro Cl. Nic. Guil. van Kampen, cui etiam ipsi dono missus erat Bataviâ ab H. J. Meyndert*sio*.)

Codex in fol., 726 paginarum. Litterae sunt majores et lineae late a se invicem distant. Perspicue scriptus est in chartâ gossypinâ sine anni indicio, charactere نسخى. Tectus est involucro ex corio nigro facto. Continet opus celebratum a*n*-Nawawī*i* (+ 676), inscriptum منهاج الطالبين, v. Ḥāgī-Ćal., VI, p. 204 sqq., et Wüstenfeld, *Ueber das Leben*

u. die Schriften des Sch. el-Nawawi, p. 49 sqq.
Compendium est operis المحرّر فى فروع الشافعيّة, auctore ابو القاسم عبد الكريم الرافعى (+ 623). Codex noster multas glossas marginales offert. Alia exemplaria: Cod. Lugd.-Bat., n. 1600, qui mirum in modum cum nostro convenit tam manu quam glossis, ita ut sine dubio ejusdem sit originis; praeterea Goth. n. 20 et 104, Bodl. (Uri) n. 284, Paris. n. 531 et 321 (apud Flügel. in *Jahrb. d. Lit.* Vol. 92, *Anz. Bl.* p. 47), Berol. n. 640 (e Cat. Sprenger*i*) et Hamburg. n. 69 et 70 (v. Wüstenf. l. l.). Commentarii in hoc opus, quorum magnus exstat numerus, in multis bibliothecis reperiuntur.

N. CLIV.

(Ex Willm. Cat. n. 41, p. 9. Ab hoc dono acceptus est a. 1814 ab ampliss. Valckenaer*io*.)

Codex in fol., 220 paginarum, charac. نسخى perspicue scriptus, ubique fere vocalibus, sed non raro perperam additis, instructus. Anni notâ caret. Continet الايضاح فى الفقه, incerto auctore, qui de ansâ libri scribendi in praefatione sequentia monet:

اما بعد فانّى لمّا رايتُ تقاصر الهمّ وعدول طالب العلم عن المختصرات المُرْجَحة الى كتاب (1) التبصرة فى الفقه جمعتُ مسائلها فى هذا الكتاب مع بيان مُطْلَقها وتدارك مُهْمَلها وزدتُّ عليها فى اكثر الابواب ورجّحتُ ما رجّحه مُعْظَم الاصحاب ليسهل تناوله على الطلاب

(1) Diversus est, ut videtur, hic liber a libro, quem Ḥāğī-Ḳal. II, p. 181 memorat.

ويستغنو به عن طلب الترجيح من غيره من كتاب
وسمّيته الايضاح فى الفقه راجيًا بذلك جزيل الثواب الخ.

In hoc libro jus Šāfiʿīticum esse tractatum, quamquam disertis verbis id non traditur, nullus dubito. Codex enim ex Indiâ orientali oriundus est et versionem insuper continet majoris libri partis Malaicam, inter lineas appositam. Codex vero non est integer. Statim enim post verba modo laudata a كتاب الطهارة incipiens, *libros*, qui in hujusmodi operibus vulgo primi sunt (de *precibus*, *eleemosynis* cet.), percurrit, et mox desinit in fine libri de jure *criminali* (كتاب الجنايات). Folium, in Codice ultimum, iterum, ut primum, initium operis exhibet. — Alia exemplaria habentur in Cod. Bodl. (Uri) n. 253, coll. *A. et E.* p. 574, et Ms. Bibl. Societ. Zeelandicae, quae Medioburgi servatur.

N. Politici argumenti.

N. CLV.

(Ex Willm. Cat. n. 184, p. 28. Ab hoc emtus est e bibl. E. Scheidii, cujus vide Catal. p. 96 sq. n. 55. Scheidius a. 1767 eum ex Oriente acceperat.)

Codex in 4° min., 112 foliorum, charact. نسخى nitide scriptus et ligaturâ orientali bene compactus. Tam e fol. primo, quam ex ultimo apparet, scribam, ʿAbdo'lʿazīz ʾibn Mohammed — — ʾal-Qorašī dictum, eum absolvisse die Lunae, initio mensis Ramaḍān anni Ar., ut Scheidio videbatur, 709, quod tamen ob scriptionem Codicis valde obscuram affirmare non ausim. Continet مختار سراج الملوك. Anno H. enim 516 ʾAbū-Becr Mohammed ʾibno'l-Walīdi ʾaṭ-Ṭorṭūšī, vulgo ʾibn-ʾabī-Randaqa dictus

(+ 520) (1) opus composuit c. t. سراج الملوك, v. Ḥāġī-Ċal. III, p. 589. Hoc opus, e quo Cl. Dozy, *Recherches*, ed. 2ª, II, p. 254 et seqq. nonnullas partes edidit, post mortem Auctoris in compendium redegit vir, in fol. 1° r. dictus الفقيه الامام العالم الورع الاديب النحوى الفاضل عفيف الدين ابو القاسم عبد الصمد بن الشيخ ابى محمد عبد الله بن هارون المقرى ثم اللخمى, qui, quando vixerit, mihi non innotuit. Ut majus opus, ita hoc in 64 capita divisit, quorum in Codicis initio Index exhibetur. Codex noster, qui cum alio collatus est, in fine lacunis laborat: desideratur enim folium inter fol. 102 et 103, aliud inter fol. 108 et 109 et plura inter fol. 111 et 112. Primis foliis quaedam adscripsit Scheidius. Hujus compendii, quod incipit: الحمد لله المتفرّد بالملك الذى لا يزول الخ, alterum exemplar mihi non innotuit; opus enim, quod exstat in Cod. Lugd.-Bat. 1526(17), aliud est. Majus opus servatur in Codd. Lugd.-Bat. n. 70, 354*a* et *b*, Bodl. (Uri) n. 293, 305, 308, (Nic.) 105, Ms. Hammer*i* n. 281 (*Jahrb. d. Liter*. Vol. 81, *Anz. Bl.* p. 33 et 34), Paris. n. 892 et n. 49 ap. Flügel. (*Jahrb. d. Lit.* Vol. 90, *Anz. Bl.* p. 10), Havn. n. 173, Cid-Hammouda (p. 15) et Petrop. (vers. Pers.) ap. Frähn. in *Bullet. scientif.* III, p. 63. Cf. Cat. Bibl. Ambros. p. 52.

N. CLVI.

(Ex Willm. Cat. n. 185, p. 28. Hic a. 1799 eum acquisivit. De origine, vid. mox.)

Liber in 4°, 8 paginarum, ligaturâ chartaceâ orien-

---

(1) Vid. de eo 'Ibn-Ċall. (ed. Slane) p. ٩٧١ et seq., 'al-Maqqarī I, p. ٥١٧ et seqq., Hammer*us*, *Liter. der Ar.*, VI, p. 352 sqq et Quatremère*us* in *Journ. Asiat.*, 1861, p. 147 sqq.

talem in modum compactus. Continet particulam operis praecedentis. Est apographon a Cl. E. Scheidio ex anteced. Codice desumtum, quod exhibet, quae ibi leguntur a p. 1 ad p. 5, l. 2 a f. Videtur tamen plura descripsisse, quae perierunt; nam paginae 8ae, ad finem usque plenae, custos etiam additus est paginae seq.

O. Mixti argumenti.

N. CLVII.

(Ex Willm. Cat. n. 208, p. 30. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultens*ii*, cujus vide Catal. p. 603, n. 6978.)

Codex in 8° min., 243 foliorum (1), charact. نسخی ad تعلیق vergente bene scriptus et nitide compactus ligaturâ recenti orientalem in modum. Annus non indicatur; tantummodo e possessoris notâ constat, ante a. H. 1061 Codicem exaratum esse. Codex ab initio mutilus est: e folio primo, n. ١١ notato, apparet decem folia deësse, quae tamen non perierunt. Codices enim Bibl.ae Lugd. Bat.ae evolvens, opera ʿibn-Kemāl Pāšāe (qui librum nostrum conscripsit) etiam complectentes, incidi in N. 1575, et ecce! decem folia nostra, hoc N°. seorsim compacta. Res omni dubio vacat, manus librarii, custos, brevi, omnia congruunt, index quoque, Codici 1575 praemissus, ex ordine tractatus ad unum omnes exhibet,

---

(1) Proprie 230, quia foll. ١٠ — ١, perversâ dexteritate a Codice divulsa (v. mox), et foll. ٨٨, ٩٩ et ١٠٩ errore scribae, hos numeros in computando omittentis, hîc desiderantur. Numeros tamen, a scribâ orientali in singulis foliis notatos, servandos esse putavi.

qui re verâ in Codice nostro leguntur (1). De integro igitur opere disseram. Varios, ut jam monui, tractatus continet varii argumenti, qui omnes, duobus ultimis tantum exceptis, notissimum ·ibn-Kemāl Pāšām (+ 940) auctorem habent. Hos ex ordine tradens, ad singulos simul notabo, quotquot apud Hāgī-Ċalīfam memoratos atque in aliis bibliothecis obvios vidi. Sine dubio alibi plures latent mihi ignoti. Sunt sequentes:

1°. (fol. 1—14 r.) رسالة فى شرح الحديث الاربعين. Vid. Hāgī-Ċal. IV, p. 30. Incipit post doxologiam: وبعد فقد روى عن على بن ابى طالب رضه, et 1ª traditio sic audit: السلام قبل الكلام. Magna merces, quam ex hujusmodi opere apud Deum sibi exspectant, Auctorem forte incitavit ad componendum

2°. (f. 15—29 v.) alium tractatum ejusdem argumenti eodemque titulo insignitum, qui statim sic incipit: الحديث الاول يسروا ولا تعسروا وبشروا ولا تنفروا.

3°. (f. 31 v. — 34 v.) رسالة فى تحقيق معنى الأَيْس واللَّيْس. Vid. Hāgī-Ċal. III, p. 372. Agitur de notione vocabulorum ايس et ليس, quae

(1) Cujus incuriâ integrum opus in duas partes separatum sit, tradere nequeo. Hoc tantum constat, illud ante a. 1780, nisi fallor, in patriâ nostrâ locum habuisse. Pars major in potestatem venit J. J. Schultens*ii* (v. supra), et hinc collectioni nostrae accessit; pars minor (Cod. 1575) in potestatem venit H. A. Schultens*ii* (v. Cat. ejus p. 185 sq., n. 8, coll. Cat. Bibl. Palm. p. 186, n. 7), et deinde in bibl.am Lugd.-Bat. transiit.

multis ambigua multos item peperit errores. Aliud exemplar est in Ms. Hammeri 378(17) (in *Jahrb. d. Lit.* Vol. 85, *Anz. Bl.* p. 56 seqq.).

4°. (f. 34 v. — 52 v.) رسالة فى تحقيق القضاء والقدر. Vid. Ḥāgī-Ċal. III, p. 428. Gravissimam quaestionem tractat de decreto absoluto. Alia exemplaria exhibent Cod. Lugd.-Bat. 1150, Ms. Hammeri 378(8), Ms. Bibl. Lips. 110(5) (Cat. p. 395; est enim nostri Auctoris) et, nisi fallor, Cod. Bodl. (Uri) 500(16), coll. *A. et E.* p. 584 (ubi de Qāçīi munere ?).

5°. (f. 53—77 r.) رسالة فى تحقيق العلّة والمعلول. Post doxologiam argumentum hujus tractatus traditur his verbis: فهذه رسالة رتّبتها فى تحقيق مسئلة صارت معركة الآرآء ودارت على السن القوم وهى مسئلة تقدّم العلّة التامّة على المعلول ولا بدّ قبل الشروع فى المقصود من تقديم مقدّمة فى تعريف العلّة وتقسيمها فنقول وبالله التوفيق. Quid sit العلّة Auctor statim his verbis indicat: العلّة ما يحتاج اليه سواء كان المحتاج الوجود او العدم او الماهية. Argumentum, ut hinc apparet, est philosophicum.

6°. (f. 79 v. — 86 r.) رسالة فى بيان الزنديق. Post doxologiam argumentum sic indicatur: وبعد فهذه رسالة معمولة فى تصحيح لفظ الزنديق ، وتوضيح معناه الدقيق ، وترجيح حكمه التحقيق “ بالقبول المطابق للقواعد والموافق للاصول ” فنقول الخ

7°. (f. 86 r. — 89 r.) رسالة فى بيان استخلاف الجمعة.
Post bismillam sic incipit: الحمد لوليّه والصلوة على نبيّه قال فى الهداية وليس للقاضى ان يستخلف على القضاء الّا ان يفوّض اليه ذلك بخلاف المأمور باقامة الجمعة حيث يستخلف اقول

8°. (f. 89 v. — 93 r.) رسالة فى تحقيق مسئلة دخول ولد البنت الموقوف على اولاد الاولاد. De hac quaestione se egisse Auctor dicit jussu ابى الفتوح سلطان سليم خان. Aliud exemplar exhibet Cod. Lugd.-Bat. 1294(12).

9°. (f. 93 v. — 100 r.) رسالة فى بيان كَادَ. Tractatus grammatici argumenti de voce كَادَ, qui sic incipit: الحمد لوليّه والصلوة على نبيّه وبعد فهذه رسالة فى تحقيق وضع كَادَ وتوضيح طريق استعماله الخ

10°. (f. 100 v. — 104 r.) رسالة فى بيان الاسلوب الحكيم. Vid. Ḥāgī-Ćal. III, p. 366, ubi Flügel*ius* (quod ei sane vitio non vertendum) titulum male intellexit. الاسلوب الحكيم enim dicitur ea figura rhetorica, quâ e duobus, verba facientibus, alter deflectit a notione vocabuli, quam alter ei tribuerat, aliamque ei substituit. De hac igitur figurâ ejusque a ceteris discrimine agit tractatus noster. Aliud exemplum exstat in Ms. Hammer*i* 378(18).

11°. (f. 104 v. — 108 v.) رسالة فى تحقيق معنى النظم والصياغة. Hic tractatus, de partibus

orationis conjungendis agens, sic incipit: امّا بعد حمد الله والصلوة على نبىّ الله فاعلم ان اساس البلاغة

12°. (f. 108 v. — 114 r.) رسالة فيما يتعلّق بمسئلة خلق القران. Initium est: الحمد لله القديم كلامه، العظيم انعامه، Alia exemplaria exhibent Cod. Lugd.-Bat. 981(37), Ms. Hammeri 378(9) et Bodl. (Uri) 500(13), coll. *A. et E.* p. 584.

13°. (f. 114 r. — 118 v.) رسالة فى تحقيق الطفرة وحقيقة الجسم. Cf. Ḥāgī-Ćal. III, p. 385. Argumentum philosophicum est. Incipit: الحمد لله الذى ذاته غير مشبّه بالجسم الخ

14°. (f. 118 v. — 123 r.) رسالة فى تحقيق مقال القائلين بالحال من اصحابنا واصحاب الاعتزال. Vid. Ḥāgī-Ćal. III, p. 389. Initium est: الحمد لله الملك المتعال، ذى الجلال والجمال، الخ; argumentum item est philosophicum. Alia exemplaria exhibent Cod. Lugd.-Bat. 981(11) et Bodl. (Uri) 500(14), coll. *A. et E.* p. 584.

15°. (f. 123 r. — 132 v.) رسالة فى تحقيق حشر الاجساد. Quid hic tractatus continet, accuratius denotatur in praefatione: وبعد فهذه رسالة مرتّبة فى بيان المعاد الجسمانى وتفصيل ما وقع فيه من الخلاف بين السلف

16°. (f. 133 r. — 136 v.) رسالة فى مدح السعى وذمّ البطالة. Vid. Ḥāgī-Ćal. III, p. 410. Alia exemplaria habentur in Codd. Lugd.-Bat. 813(4), 981(39) et 1526(6), item in Ms. Hammeri 378(14), cujus titulus pessime traditur.

17°. (f. 136 v. — 137 r.) رسالة فى طبيعة الافيون, *tractatus de naturâ opii.*

18°. (f. 138 v. — 142 v.) رسالة فى الخضاب. Tractatus, in introductionem et 3 capita divisus, de partibus corporis tingendis. De hoc usu, apud orientales vigente, hîc disseritur sive legis, sive variarum tincturae specierum, sive denique ejus utilitatis ratione habitâ.

19°. (f. 143 v. — 149 r.) رسالة فى بيان التوسّع grammatici argumenti. Incipit: اعلم انّ فى لسان العرب توسّعات الخ

20°. (f. 150 — 154 v.) رسالة فى تحقيق انّ صاحب علم المعانى يشارك اللغوىّ فى البحث عن مفردات الالفاظ المستعملة فى كلام العرب

21°. (f. 155 r. — 158 v.) رسالة فى شرح قوله عم ساخبركم باوّل امرى دعوة ابراهيم; est dictum, quo Mohammed*is* adventus annunciabatur. Aliud exemplar est in Cod. Acad. Or. Vindob. 407.

22°. (f. 158 v. — 167 r.) رسالة فى دفع ما يتعلّق بالضمائر. Hic tractatus grammaticus item exstat in Cod. Lugd.-Bat. 1294(9). Incipit: الحمد لله الذى تولّى السرائر، ووقف على الضمائر،

23°. (f. 168 — 171 v.) رسالة فى تحقيق توقيفيّة اسماء الله تعالى. Quaestionem de nominibus Dei accuratius Auctor indicat his verbis: وبعد

فهذه رسالة مرتّبة فى بيان انّ اسماء تعالى توقيفيّة اى يتوقّف اطلاقه عليه تعالى على الاذن من الشاع (? الشارع .l) فيه او قياسيّة لا يتوقّف على الاذن فيه بل اذا دلّ العقل على اتّصافه تعالى بصفة وجوديّة او سلبيّة جاز ان يطلق عليه اسم يدلّ على اتّصافه بها

24°. (f. 172r.—175v.) رسالة فى تحقيق من التبعيضيّة. Vid. Hāgī-Ċal. III, p. 446. Tractatus de praepositione من partitivâ.

25°. (f. 176 — 180 r.) رسالة فى تحقيق الخواصّ والمزايا. Tractatus est rhetoricus.

26°. (f. 180 r. — 187 v.) رسالة فى تحقيق المعجزة. In praefatione dicitur: وبعد فهذه رسالة معمولة فى تحقيق المعجزة وبيان وجه دلالتها على صدق من يدّعى النبوّة. Aliud exemplum exhibet Ms. Hammeri 378(5).

27°. (f. 187 v. — 194 v.) رسالة فى تحقيق ان القران معجز. Initium: الحمد لله الذى انزل كلاما بلاغته معجزة. Alia exemplaria exhibent Ms. Hammeri 378(10) et Bodl. (Uri) 500(12), coll. *A. et E.* p. 584.

28°. (f. 196 — 200 r.) رسالة فى تحقيق التوسّع. Tractatus similis argumenti ac n. 19°, cujus initium est: اعلم انّ التوسّع شائع فى لغة العرب وهو على انحاء الخ

29°. (f. 200 v. — 209 r.) رسالة فى تحقيق (1) الكلام النفسىّ. Est potius (ut e praefatione patet) commentarius Auctoris nostri in tractatum theologicum, compositum a viro docto عضد الملّة والدين عبد الرحمن بن احمد الايجىّ (+756). Aliud exemplar offert Cod. Bodl. (Uri) 500 (13 in f.), coll. *A. et E.* p. 584.

30°. (f. 209 r. — 221 v.) رسالة فى تلوين الخطاب. Quid الخطاب, de cujus variis speciebus hîc agitur, designet, Auctor in praefatione ipse refert: والمراد من الخطاب فهنا توجيه الكلام نحو السامع. Est igitur tractatus rhetorici argumenti. Initium: الحمد لله الذى انزل الكتاب تبيانا ' وجعل الخطاب الوانا ،، الخ

31°. (f. 222 — 227 v.) رسالة فى تفصيل ما قيل فى امر التفضيل. Tractatus agens de quaestione uter praestantior sit, angelus an propheta, cet. Sic incipit: الحمد لله الذى كرّم بنى آدم وفضّله على كثير الخ. Alia exemplaria offerunt Cod. Lugd.-Bat. 981(45) et Bodl. (Uri) 500(15), coll. *A. et E.* p. 584.

32°. (f. 228 v. — 231 v.) رسالة فى تحقيق الهيكل المحسوس, ut hîc titulus affertur. Est vero idem tractatus, qui vulgo رسالة الروح dicitur, vid. Ḥāgī-Ḉal. III, p. 405. Unde noster titulus fluxerit, in aperto est. In hoc tractatu enim, qui disquisitionem in gratiam theologiae exhibet de *animâ* et *corpore*, corpus dicitur

(1) Opponitur الكلام اللفظىّ s. الكلام اللسانىّ.

الهيكل المحسوس. Alia exemplaria exstant in Codd. Lugd.-Bat. 981(12), 1294(1) et Ms. Hammeri 378(6).

33°. (f. 232 — 241 v.) رسالة فى تحقيق العقل. Agitur de *ingenio*, in cujus naturam inquiritur. Incipit : الحمد لله الذى خلق الانسان ، وعلّمه البيان ، وفضّله على سائر الحيوان ،، الخ

Hactenus opera ·ibn-Kemāl-Pāšā*e*. Sequuntur duo brevissimi ($4^1/_2$ pagg.) tractatus aliorum auctorum, a librario collectioni nostrae adjecti, nempe:

34°. (f. 242 r. et v.) primus, cui haec verba superscripta sunt: هذه رسالة فى سبب اجابة الدعاء لابى على بن سينا. Abū Saʿīd ·ibn Abī'l-Ćair (1) litteris Avicennam (+ 428) interrogaverat, ut hic ei exponeret كيفيّة الزيارة وحقيقة الدعاء وتأثيرها فى النفوس والابدان. Ad hanc quaestionem hic tractatus responsum exhibet.

35°. (f. 243 r. et v.) alter, inscriptus: هذه رسالة فى ايّام الهيّة للشيخ الالهىّ, cujus argumentum melius intelligitur ex initio: فصل فى بيان مقدار السنة السرمديّة وتعيين الايّام الالهيّة منها يوم القيمة وبعد

(1) Alias epistolas, huic viro ab Avicennâ datas, memorat Wüstenfeld*ius*, *Ges. der Ar. Aerzte*, p. 74 sq., n. 92 et 104.

N. CLVIII.

(Ex Willm. Cat. n. 207, p. 30. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultensii, cujus vide Catal. p. 603, n. 6977.)

Codex in 8⁰ min., 237 paginarum, charact. نسخى et نستعليق diversis manibus, in universum nitide scriptus, et bene compactus. Continet varios tractatus Arabicos, numero 18, fere omnes theologici aut juridici argumenti, quorum singulorum conspectum exhibebo:

1°. p. 1—17. Tractatus juridicus, incipiens: الحمد لملهم الصواب ومسهل الصعاب والصلوة الخ. Continet disputationem de hoc loco 'Inājae (كتاب الوكالة, in ed. Calc. Vol. III, p. ۴٥۴ sq.):

عقب به الشهادات لانّ الانسان — فاوثر تاخيرها. Opiniones aliorum virorum doctorum (سعدى افندى et قاضى زاده, ut recentior manus adscripsit, v. Ḥāgī-Ćal. VI, p. 484, 487 et 489) adducuntur et refutantur.

2°. p. 20—38. Disputatio de particulâ ف, auctore طومش (s. طورمش) بن سنان, qui eam dedicavit viro principi, quem summis laudibus praedicat, et hoc modo designat: القاضى بالعساكر المنصورة بولاية روم ايلى سمّى حبيب الرحمن محمّد نبىّ آخر الزمان. Citantur opiniones, quas ابن كمال پاشا et التفتازانىّ hac de re protulerunt. Initium est: الحمد لله الذى خلق الانسان من صلصال الخ

3°. p. 40—47. Tractatus, in quo disputatur de

quaestionibus juridicis, e كتاب , باب التيمّم
كتاب الوكالة et النكاح petitis. Adducuntur
صاحب النهاية , صاحب الهداية , glossator anonymus cet. Initium est: الحمد لله الذى
اسّس بنيان الصلوة بان امرها لعباده الخ. In
subscriptione haec leguntur: سوّده اضعف عباد
الله الملك الصمد احمد بن پير محمد المنفصل
عن مدرسة القاضى بمرعش المحمّية

4°. p. 50—59. Disputatio de loco Qor'ānico Sūr. 61, vs. 10—12. Citatur prae ceteris البيضاوى. Incipit: الحمد لله العلى العليم الخ. In clausulâ exstat: حرّره افقر الانام واحقر الخدّام ابرهيم
تراب الاقدام المنفصل عن المدرسة الحساميّة فى
ادرنه المحميّة

5°. p. 60—85. Tractatus, qui commentarium exhibet in Sūram 1am et haec prima verba 2ae
آلٓمٓ ذلك الكتاب لا ريب فيه. Sic incipit: قال
الفقيه ابو الليث نصر بن محمد (1) بن ابراهيم
السمرقندى الخ. E subscriptione apparet, محمد بن عبد الكريم القـ . . . صوى hunc tractatum exarasse.

6°. p. 86—97. Tractatus de iis, quae interpres Qor'āni [n. صاحب الكشّاف (2)] notavit ad initium Sūrae 2ae (البقرة): اعلم ان الالفاظ التى

(1) Vox بن in Cod. non exstat.
(2) Cf. Cod. Lugd.-Bat. n. 491, p. 11.

يُتهجّى بـهـا اسماء مسمّياتها الحروف المبسوطة
التى منـهـا ركّبت الـكـلم ذوى الاذعان بانوار
التنزيل الخ

7°. p. 98—107. Disputatio de locis Qor'ānicis Sūr. 2, vs. 18*a*, et Sūr. 18, vs. 23*a*. Citantur البيضاوى, صاحب الكشّاف cet. Incipit hoc modo: الحمد لله المنزّه عمّا افترى به المشركون الخ. Tractatus hicce, eâdem manu scriptus atque ille, de quo sub 3°. sermo fuit, documento esse potest, quâ orationis indigentiâ laborent auctores serioris aevi, stylum turgidum adeo amantes. In praefatione enim utriusque tractatus, de quo 3° et 7° loco diximus, auctor s. auctores, alicujus laudes celebrantes, per paginam et quod excedit iisdem prorsus verbis utuntur.

8°. p. 108—121. In hoc tractatu Auctor anonymus quaedam notavit ad Commentarium 'al-Baiḍāwī in Sūram 112. Incipit: الحمد لله الذى لم يتّخذ ولدا الخ (1)

9°. p. 122—130. Tractatus qui inscribitur: خدمة العبد الداعى بالاخلاص الفقير قاسم الدنوشرى الحنفى المدرس بمدرسة الصّالحيّة النجميّة مع ضميمة المدرسة الايتمشيّة. Tractatus hicce, quem dictus ille Qāsim dedicavit viro, qui jurisprudentiae principatum in Aegypto tenebat, continet duas disquisitiones juridicas. *Altera* (p. 124),

(1) Ordinem foliorum, in hoc tractatu paullulum turbatum, ad calcem paginarum in Codice notavi.

النظر فى قول العلّامة المرغينانى فى هدايته فى بحث الاوقات التى تكره فيها الصلاة فى بيان مراد الامام ابى الحَسَن (sic) القدورى فى قوله لا تجوز الصلاة عند طلوع الشمس الخ, agit de loco Hidāja*e*, qui in edit. Calc. exstat p. ٣١ sq.

Altera (p. 126), النظر فى قول العلّامة النسفى رحمه فى كتابه المسمّى بكنز الدقائق فى اوّل كتاب الشهادات حيث قال فى تعريف الشهادة هى اخبار عن مشاهدة وعيان الخ, pertinet ad opus كنز الدقائق, auctore النسفى (+ 710), v. Ḫāgī-Ċal. V, p. 249 sqq., cujus exemplar exhibet Cod. Lugd.-Bat. 1241(1). Locus, qui spectatur, ibi exstat p. 141. Adducuntur Commentatores فخر الدين الزيلعى (+ 743), et auctor Commentarii c. t. البحر الرائق, quem (v. Ḫāgī-Ċal. l. l. p. 250) a°. 970 mortuum, nostri tractatus Auctor شيخنا رحمه الله vocat, cujus igitur aetas inde apparet.

10°. p. 131—136. Alius tractatus ejusdem Auctoris, cujus argumentum e titulo: ضوء الشمعة فى تفضيل يوم عرفة على يوم الجمعة conspicitur. E clausulâ (p. 136) docemur, ipsum Auctorem utrumque tractatum exarasse.

In p. 137 reperitur annotatio ad ea, quae ·al-Baiḑāwī in Commentario ad Sūr. 110 vs. 3*b* observat. Hanc scripsisse dicitur الداعى الفقير الحقير سليمان البازلى (sic) اصلًا والعُمانى سكنًا.

11°. p. 138—159. Commentarius in Sūram 95, auctore quodam سليمان, qui hunc tractatum dedicavit viro, summopere ab eo laudato, ابو

بسم الله الرحمن الرحيم. Incipit: الثناء محمد. وبه ثقتى ولا نعبد ولا الخ

12°. p. 160—170. Tractatus est, qui exponit de loco Hidājae e كتاب الطلاق, in ed. Calc. obvio p. ٢٣٢ sq. (inde a verbis: ومن قال لامرأته وهى من ذوات الحيض). Adducitur ʿInāja, cujus vide ed. Calc. Vol. II, p. ١٢٦—١٢٨. Initium: الحمد لله الواحد الفرد على الاطلاق الخ

13°. p. 172—180. Disquisitio de notione vocis كفالة in jurisprudentiâ, cui ansam praebuerunt verba, ni fallor, Auctoris Wiqājae (v. Ḥāgī-Ċal. VI, p. 458) (1). Citantur ابن كمال الوزير, المحشّى الشهير, المحشّى الشهير باخى چلبى ديعقوب پاشا (de utroque glossatore v. Ḥāgī-Ċal. VI, p. 460) aliique. Incipit: الحمد لوليّه والصلوة على نبيّه الخ

14°. p. 182—195. In hoc tractatu disseritur de initio *libri* البيع, ratione habitâ eorum, quae Auctor Wiqājae ejusque Commentatores hac de re in medium protulerunt. Citantur ex his صاحب العناية, صدر الشريعة aliique. Initium: الحمد لله الذى خلق الانام الخ. In fine legitur: حرّره العبد الحقير اسمعيل المعترف بالتقصير المنفصل عن مدرسة سعيديّة بمحميّة حلب

15°. p. 196—203. Annotatio ad ea, quae Auctor Hidājae in initio كتاب السير (ed. Calc. p. ٤١١)

(1) In Cod. tantummodo: قال المصّ رحّه.

notavit. Adducitur saepius ʿInāja, v. Vol. II, p. ٥٤١ sq. — Sequuntur, eâdem manu scriptae,

16°. p. 204—210, variae quaedam observationes juridicae cet., quae Auctori inter legendum in mentem venerant.

17°. p. 212—227. Observationes ad initium كتاب الهبة ex opere Hidājâ, v. ed. Calc. p. ٧٠٠, coll. ʿInājâ, Vol. IV, p. ٢٠ sq. In hoc tractatu, qui ita incipit: الحمد لله ذى المن والعطاء الخ, citantur, ut e nominibus margini adscriptis patet, زكرياء, قاضى زاده, ابن كمال پاشا افندى cet. In fine haec legitur subscriptio:

حرّره العبد الداعى لعالى جنابة عبدى اذلّ
عباد الله محتاج بابه المنفصل عن مدرسة ابن
ولىّ الدين ببروسة المحروسة القرمانى اللارندى

18°. p. 228—237. Observationes, quae Auctori, cum opus التوضيح ejusque حاشية, التلويح appellatam (v. Ḥāgī-Ċal. II, p. 444) sub auspiciis viri summi بستان زاده legeret, in mentem venerant. Primus locus, ad quem nonnulla observat, est: قال سعد الملّة والدين فى فصل كيفيّة السماع الخ. Scriptorem in clausulâ se profitetur محمد بن خداداد الموروى من تلاميذ فخر العلماء اخى زاده

Omnes hi tractatus serioris aevi sunt.

IV. Libri Persice scripti, aut ad linguam et litteras Persicas spectantes.

A. Lexicologici argumenti.

N. CLIX.

(Ex Willm. Cat. n. 83, p. 15. Incertum, quomodo ad hunc venerit.)

Liber in 8° min., 309 paginarum, manu A. F. Woltersdorff*ii* perspicue scriptus et bene compactus orientalem in morem. Exhibet Lexicon Persico-Germanicum, ordine alphabetico dispositum. Willme*tus* statuit, illud a Woltersdorff*io* ipso in Oriente fuisse confectum, cui opinioni sane favet habitus libri, quippe in quo voces sub primâ harum litterâ, nullâ subsequentium litterarum habitâ ratione, sine ordine collocantur. Nihilominus nota, p. 306 seriei nominum (p. 306—309) praemissa: »Verschiedene »Nomina, welche im Manuscript nur mit Lateini»schen Lettern geschrieben waren" luculenter docet, eum in hoc libro conficiendo etiam fonte scripto usum fuisse, quonam, me ignorare fateor. In fine Lexici additur Appendix mensium, dierum et festorum Persicorum.

B. Epistolaris argumenti.

N. CLX.

(Ex Willm. Cat. n. 213, p. 31. Ab hoc emtus est e bibl. Walraven*i*, cujus vide Catal. p. 58, n. 34.)

Codex in 4°, 70 paginarum, nitidissime exaratus et bene conservatus. Singulae paginae complectun-

tur 8 lineas, charact. شکسته et نسخی ita scriptas, ut cuique lineae charact. priore eadem charact. posteriore subjungatur. De anno sive librario nihil constat. Continet کتاب ترسّل من منشآت خواجه اسکندر بیک منشی (1). Auctor, Iscandar-bek Monši, memoratur a C. Stewart*io*, *Original Persian Letters*, London, 1825, Introd. p. I et, nisi fallor, idem est, qui a. Ar. 1025 opus عالم آرای عبّاسی composuit (2). Optime enim cum hac sententiâ quadrant epistolae, ab عبد المومن خان اوزبک, et praefectibus Šāh*i* 'Abbās*i* Magni sibi invicem datae, quae p. 36 sqq. et p. 45 sqq. reperiuntur (3). Est liber elementarius, qui varias litteras fictas et authenticas complectitur ad epistolographiam addiscendam. Inter epistolas, quae praeter dictas majoris momenti sunt, epistola est, quae p. 59 sqq. exstat: نامهٔ که نواب اشرف اقدس ارفع اعلی بـه احمد پاشا حاکم دار السلام بغداد نوشته اند. Hujus operis, post bismillam sic incipientis:

ای کرده بکلک صنع ترکیب بشر
انشا تو نقش بسته اجسام صور

aliud exemplar mihi non innotuit. — In fine (p. 65—70) alienâ manu adduntur figurae in computando usitatae apud eos, qui res pecuniarias tractant. Figurae hae similes sunt iis, quas Stewart*ius* l. l. p. VIII »Rukkum" appellat.

---

(1) Sic enim titulus in Codice exstat.
(2) V. de hoc opere *Z. d. D. M. G.*, XV, p. 457—501.
(3) Cf. Malcolm, *the History of Persia*, I, p. 525.

C. Argumenti, ad Litteras humaniores pertinentis.

N. CLXI.

(Ex Willm. Cat. n. 139, p. 22. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Codex in 4⁰, 313 paginarum, charact. نسخی ad تعلیق vergente valde perspicue et eleganter scriptus et bene compactus. Folium primum, quod perierat, aliâ manu restitutum est. Anni notâ caret. Continet opus notissimum گلستان auctore Sa:dī (+ 691).

N. CLXII.

(Ex Willm. Cat. n. 138, p. 22. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultens*ii*, cujus vide Catal. p. 601, n. 1125.)

Codex in folio, ligaturâ corneâ nitide compactus et optime conservatus. Continet idem opus ac Num. praec. Textus persicus (265 pagg.), charact. تعلیق eleganter exaratus, totus chartâ intermediâ instructus est, versionem Latinam Georgii Gentii (1) continente. Textus ille persicus jussu Daniel*is* Havart*ii* Hollandi a. H. 1086 Golcondae scriptus est a librario, qui se ipsum vocat (v. p. 14) العبد اقل العباد شاه قاسم, versio Latina eodem tempore, a. Chr. 1676, eodemque loco ab ipso Havart*io*. Hic, Amstelodamensis, Medicinae Doctor fuit (2), qui Litteris simul ope-

(1) Ea nempe, quae a°. 1651 Amstelodami prodiit sub tit. *Musladini Sadi Rosarium Politicum.* Notae, quas Gentius p. 533—629 adjecit, hîc desiderantur.

(2) V. de eo *Biogr. Woordenb. der Nederl.* in v. Edidit a°. 1693 versionem operis, a Joh. Munniks*io* Latine editi, sub tit. *De practijk der Heel-konst.*

ram dabat (1). Ex Indiâ, ubi ad annum 1686 usque degebat et unâ cum Cornelio Muttero (2) linguam Persicam addiscebat, in patriam redux, Trajecti ad Rhenum sedem fixit. Hinc postea die 25 m. Januarii a. 1701 Codicem nostrum dono dedit Muttero in memoriam priscae amicitiae fraternae (3). De Codd. Lugd.-Bat., qui گلستان exhibent, v. Dozy, *Cat.* I, p. 354 sq.

N. CLXIII.

(Ex Willm. Cat. n. 141, p. 22.)

Liber in 4°, 8 paginarum, ipsius Willmet*i* manu scriptus a. 1780, et ligaturâ chartaceâ orientalem in modum compactus. Continet varias lectiones ad گلستان, quas J. J. Schultens*ius* e Cod. Lugd.-Bat. 1244(1) (v. Dozy l. l.) suo exemplari editionis G. Gen-

---

(1) Minus felici, ut videtur, successu. Versio enim Belgica Sa‛dī*i* Bostān*i*, quae a°. 1688 Amstelodami prodiit, et versio etiam Ovidii *Tristium*, quam in Indiâ confecerat, et a°. 1692 Trajecti ad Rhenum edidit, non laudantur.

(2) Est idem vir, cujus opera memorantur in *Cat. Libr. Mss.* Relandi, nempe p. 1, n. 2: »Gulistan sive Rosarium »politicum, auctore *Scheich Sady* lingua Persica conscri»ptum, cum versione Belgica *Corn. Mutteri*" et plura alia opuscula tam Persica quam Malaica, v. p. 3, n. 30 et 32, p. 4, n. 3, p. 7, n. 36.

(3) Quae hîc postremo loco dixi, singulari modo mihi innotuerunt. Folia enim duo priora in Codice conglutinata a se invicem divellens, hanc inveni inscriptionem: »*Dit* »*boek schenkt aan zijnen besten vriend, de hr Cornelis* »*Mutter, die met hem te gelijk, in de stad Golkonda,* »*1675, de perssiaansche tale heeft beginnen te leeren, tot* »*onderhouding van een onverbrekelijke vriendschap*

Utregt — *Zijn D. dienaar*
25 Jan. 1701. — *en vriend*
D. Havart.

tii adscripserat. Ex hoc exemplari, quod in J. J. Schultens*ii* Cat.° exstat inter Libros omissos in Fol. p. 585 n. 1116*, hoc nostrum apographon confecit Willmet*us*. Continet non nisi varias lectiones ad pagg. 2—10 et 84—98 ed. Gentii.

De Lāmiʿī*i* (+ 938) Commentario in Praefationem libri گلستان vide infra inter Turc. Num. CCIII (ex Willm. Cat. n. 140).

N. CLXIV.

(Ex Willm. Cat. n. 145, p. 22. Ab hoc emtus est (conjunctim cum n. 187 Catalogi Willm.) e bibl. Bruin*ii* (n. 56), qui eum sibi comparaverat e bibl. Willemsen*i*, cujus vide Catal. p. 165, n. 729. Uterque num. 145 et 187 oriundus est e bibl. J. Golii, cujus vide Cat. p. 22, n. 6 et 2.)

Codex in fol., 98 paginarum, charact. نسخی nitide scriptus et bene conservatus. De ejus librario atque aetate vide supra ad Num. CXI (ex Willm. Cat. n. 50). Continet opus notissimum بهارستان auctore Ǵāmī (+ 898), v. Ḥāgī-Ćal. II, p. 70. De Codd. Lugd.-Bat. v. Dozy *Cat.* I, p. 357 (1).

N. CLXV.

(Ex Willm. Cat. n. 143, p. 22. Ab hoc emtus est e bibl. Walraven*i*, cujus vide Catal. p. 58, n. 30.)

Codex in fol., 176 paginarum, charact. نستعلیق

---

(1) Pro »(+ 891)", quod hîc exstat, l. »(+898)", coll. Tom. II, p. 120. Exemplaribus, a Dozy*o* memoratis, addi possunt Cod. Petrop. 422(12), Goth. 81 (e Cat.° Pertsch*ii*). Ex hoc Pertsch*ii* Catalogo p. 107 item patet, Codicem Lugd.-Bat. 827 exhibere Commentarium Šamʿī*i* (شمعی, + post a. H. 1000) et Codicem Goth. 82 aliud hujus exemplar offerre.

scriptus et ligaturâ occidentali bene compactus. Anni notâ caret. Continet رساله کنکجن رتن, sive historiam viri sapientis, کنکجن رتن dicti, auctore urbis Delhi incolâ, qui se ipsum vocat جکجیونداس بن (sic) رایمل, v. p. 19 et 172. Hic a.° H. 1030, regnante ابو المظفر نور الدین محمد جهانگیر (a.° H. 1014—1037), opus Persice concinnavit. Liber, floridâ oratione scriptus et versibus intertextis scatens, sic incipit: بسم الله الرحمن الرحیم هست کلید در گنج حکیم ابتدا میکنم من این کتابرا بنام حکیمی که الخ. Alia exemplaria mihi non innotuerunt.

D. Poëtici argumenti.

N. CLXVI.

(Ex Willm. Cat. n. 150, p. 23. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultens*ii*, in cujus Catal.° nescio sub quo num.⁰ (fort. n. 7020 in p. 605) lateat. — Codex hicce oriundus est e bibl. J. Golii, in cujus Cat. exstat sub Misc. in 4⁰ p. 21 n. 77.)

Codex in 8°, 184 paginarum, charact. نستعلیق exaratus et ligaturâ orientali bene compactus. Anni notâ caret; e subscriptione apparet, quemdam 'Abdo'*l*-láh 'ibn Çāli<u>h</u> die 5° mensis Çafar eum absolvisse; annus vero non additur. Nota possessoris anni ۱۰۹۲ et historia Codicis modo tradita aetatem postulant duorum certe seculorum, sed sine dubio Codex antiquior est. Continet res a Rostamo ejusque filio Farāmarz*o* in Māzandarān*o* praesertim atque in Indiâ gestas et unus mihi videtur ex illis libris, qui ad exemplum Operis celebrati Firdūsī*i* historias ejus selectas modo uberiore tractant (1). Textus enim ab

(1) Conf. Mohl, *le livre des Rois*, Préface, p. 54 sqq.

illo Šāhnāmae prorsus differt et multas res appingit, quas frustra apud Firdūsīum quaeras. Si fides subscriptioni haberi potest, Auctor ignotus poëmati suo titulum dedit شبرنگ نامه, quod eo probabilius mihi videtur, quia ipse ille شبرنگ magnas in poëmate partes agit. Post bismillam Codex, eodem metro quo Šāhnāma conscriptus, statim sic incipit:

الا آی شده غرق دریای آز تو کونه زمان وزمانه دراز

دل اندر سرای سپنجی مبند که با تو زمانه کند ریشخند

Primum caput inscribitur: آغاز داستان شبرنگ وديو گفتن شبرنگ با مادرش از, *secundum:* مازندران, نژاد وآگاه شدن از کاووس, et sic porro. Alia hujus operis exempla mihi non innotuerunt.

N. CLXVII.

(Ex Willm. Cat. n. 147, p. 22. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Codex in 4°, 59 paginarum, charact. نستعليق nitide scriptus et ligaturâ recenti compactus orientalem in modum. De librario atque aetate libri nihil proditur. Continet opus celebratum et Calcuttae editum c. t. پند نامه auctore عطّار (+ 627) (1), v. Ḥāgī-Ċal. II, p. 68. Multae, sed tantum fere in initio, huic Codici adscriptae sunt glossae, ex. gr. etiam e Commentario Turc.° Šamʿīi (+ post a. H. 1000) petitae. De Codd. Lugd.-Bat., qui hoc opus

(1) De anno mortis, v. Sprenger *A Catal. of the Ar., Pers. and Hind. Mss. of the libr. of the king of Oudh*, p. 346 sq. Minus recte in Cat.° Dozyi II, p. 114 legitur, eum ineunte Sec. 8° occisum esse.

ejusque Commentarios exhibent, vid. Dozy, *Cat.* II, p. 114 sq.

N. CLXVIII.

(Ex Willm. Cat. n. 142, p. 22. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultens*ii*, in cujus Catal.° ob malam descriptionem nescio sub quo num.° lateat (1).)

Codex in 8°, 341 paginarum, charact. نستعليق perspicue et nitide scriptus et ligaturâ antiquâ, sed deinde redintegratâ, bene compactus. Singulae paginae, in duas columnas divisae, 13 versus exhibent. In subscriptione (p. 341) librarius notavit, se hoc exemplar absolvisse die Lunae, medio m. Šawwāl a. 950 et nomen suum esse Aḫmed ·ibn Moçṭafā ·ibn Jūsof. Continet بستان auctore Sa·dī (+ 691), v. Ḥāgī-Ćal. II, p. 52 sq., opus nuper etiam (a. 1858) a Ch. H. Graf editum. De Codd. Lugd.-Bat. v. Dozy *Cat.* II, p. 113 sq.

N. CLXIX.

(Ex Willm. Cat. n. 148, p. 22. Ab hoc emtus est e bibl. Walraven*i*, cujus vide Catal. p. 59, n. 40. — In initio Codicis legitur, librum oriundum esse e bibl. Lette*i*.)

Codex in 8°, paginarum 414, charact. نستعليق manu impeditâ, sed valde perspicuâ et eleganti scriptus et ligaturâ recenti compactus. Ab initio et fine mutilus est, ita ut de libri aetate aut scribâ nihil constet: quae vero desunt, paucissima videntur, nisi fallor, folium tantum unum tam in initio quam in fine Codicis (2). Continet Dīwān*um* Poëtae cele-

---

(1) Num. enim 6999 in p. 604 servatur in Bibl. Lugd.-Bat. sub n. 1244.

(2) Obiter moneo, sex ultima Codicis folia (p. 403—414) inserenda esse inter pagg. 336 et 337. Pag. 402 ultimam operis paginam exhibet.

berrimi حافظ (+ 791), v. Ḥāgī-Ċal. III, p. 272 sq., cujus H. Brockhaus inde ab a. 1854 novam editionem parat. De Codd. Lugd.-Bat. v. Dozy, *Cat.* II, p. 118 sq.

N. CLXX.

(Ex Willm. Cat. n. 146, p. 22. Ab hoc emtus est e bibl. Walraven*i*, cujus vide Catal. p. 59, n. 41. — In initio hujus etiam Codicis notatur, librum oriundum esse e bibl. Lette*i*. Praeterea conspicitur signum Mss^orum^ Golii, Misc. 4^0^. 25; ac re verâ sub hoc num.^0^ (Cat. p. 17) hic liber noster memoratur.)

Codex in 8°, 245 paginarum, charact. تعليق nitide scriptus et bene conservatus. Anni notâ scribaeque nomine caret. Continet opus notissimum, jam saepius editum, c. t. يوسف وزليخا auctore Ǵāmī (+ 898), v. Ḥāgī-Ċal. VI, p. 519. De Cod. Lugd.-Bat. v. Dozy, *Cat.* II, p. 120.

N. CLXXI.

(Ex Willm. Cat. n. 144, p. 22. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultens*ii*, cujus vide Catal. p. 604, n. 6994.)

Codex in fol. minore, 274 paginarum, quarum quaeque 16 versus complectitur. Charact. نستعليق nitide scriptus est, sed nonnihil vermibus arrosus. Ceteroquin Codex bene est conservatus et ligaturâ recenti compactus orientalem in modum. In subscriptione legitur, Codicem absolutum fuisse die 10^mo^ mensis Rabī*i* posterioris a. Ar. 1097 (1). Continet ظفر نامه auctore Hātifī (+ 927), v. Ḥāgī-Ċal.

(1) In Cod. exstat ١٩٧.

IV, p. 176. De Cod. Lugd.-Bat. v. Dozy, *Cat.* II, p. 122; aliis exemplaribus, ibi enumeratis, addi possunt Codd. a Sprengero, l. l. p. 422, *A Catal. of the Bibliotheca Or. Sprengeriana* p. 79 (n. 1412) et a Rödigero, *Z. d. D. M. G.* XIII, p. 237 (Codd. Quatremère*i*, qui hodie Monachii asservantur) memorati.

N. CLXXII.

(Ex Willm. Cat. n. 187, p. 28. De origine hujus Codicis vide supra ad Num. CLXIV (ex Willm. Cat. n. 145).)

Codex in fol., paginarum 101, charact. نسخی satis bene scriptus et optime conservatus. Exaratus est aliâ manu ac N. CLXIV (ex Willm. Cat. n. 145), sed ejusdem aetatis atque originis est. Propterea cum hoc Num. conjunctus fuisse videtur, quia aliud opus ejusdem auctoris Ģāmīi exhibere putabatur (1). Continet autem ليلی ومجنون non Ģāmī*i*, sed Hātifī*i*, modo dicti, v. Ḫāgī-Čal. V, p. 347. Opus hocce, saepius jam editum, in Codice nostro mutilum tantum exstat: in pag. 95 enim abrupte desinit, dum quinta fere pars operi deëst. — Quae in pagg. 6 ultimis leguntur, versus sunt alieni, omni inscriptione carentes, sed e Sa·dī*i* Bostāno mihi noti. Exstant in edit. Ch. H. Graf inde a p. ٩٧ usque ad p. ١٠٨ (vs. 623—714, Cap.^{is} 1^{mi}).

De Codd. Lugd.-Bat., qui nostrum Hātifī*i* opus exhibent, v. Dozy, *Cat.* II, p. 121; exemplaribus, ibi enumeratis, addi possunt Cod. Bibl. Reg. Oudh. (Sprenger, *Cat.* p. 421), Cod. Berolin. (olim Sprengerianus, n. 1410, *Cat.* p. 79) et Cod. Gothanus (n. 83 e *Cat.* Pertschi*i*).

---

(1) Sic statuebat adhuc Willmet*us*, v. *Cat.* l. l.

N. CLXXIII.

(Ex Willm. Cat. n. 151, p. 23. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultens*ii*, in cujus Catal.⁰ ob malam descriptionem nescio sub quo num.⁰ lateat (1).)

Codex in 8° min., 184 paginarum, charact. نستعليق nitidissime scriptus in chartâ diversi coloris et optime conservatus. Singulae pagg., lineis aureis inclusae, 13 versus continet. E subscriptione apparet H̱āgī*um* Moh̲ammed Samarqandensem Damasci a. H. 979 eum absolvisse. Continet Dīwān*um* poëtae سقّا (+ 962), de quo v. Sprenger, *A Catal. of the libr. of the king of Oudh*, p. 559 sq. Hujus Dīwān*i* sic incipientis:

پا زسر کرده براه طلبش حیرانم
که من قطره کجا وهوس عمانم

non alia exemplaria mihi innotuerunt, nisi quae memorat Sprenger l. l.

N. CLXXIV.

(Ex Willm. Cat. n. 155, p. 23. Ab hoc emtus est e bibl. Walraven*i*, cujus vide Catal. p. 59, n. 37. — Hic Codex, qui etiam Lette*i* fuit, oriundus est e bibl. Golii, v. ejus Cat. p. 20, ubi est n. 61 inter Misc. in 4⁰.)

Codex in 8°, 249 paginarum, charact. تعليق nitidissime scriptus et ligaturâ orientali satis bene compactus. E subscriptione patet, eum absolutum

---

(1) Num.ⁱ 6998 et 7001 in p. 604, qui ambo » Carmina quaedam Persica" exhibere dicuntur, ut probabile est, iidem sunt qui Num. noster et Num. CLXVIII (ex Willm. Cat. n. 142).

fuisse feriâ 2ª, die 15° mensis Rabī-*i* posterioris a. Ar. 1055 a librario, qui se ipsum vocat محمد بن هاشم بن نصیر بن محمد. Continet نل دمن auctore ابو الفیض بن مبارک, vulgo فیضی dicto et a. 1004 mortuo, v. Ḫāgī-Ċal. VI, p. 384. De auctore v. Hammer*us*, *Gesch. der schönen Redek. Persiens*, p. 400 sqq. Opus nostrum, a. 1003 ab eo compositum, bis jam editum est, v. Sprenger, *A Catal. of the librar. of the king of Oudh*, p. 402. Alia exemplaria servant Codd. Bodl. (Uri) n. 170 in p. 300, (Ouseley) 16, Dresd. n. 321, Havn. n. 128, 129 et 141 a. 1) et Berolin. n. 1395 e Catal. Sprenger*i* (p. 79). — In Bibl. Lugd.-Bat. aliud opus: مرکز ادوار ejusdem auctoris exstat, nempe Cod. 1329(1) v. *Cat.* II, p. 122 sq.

N. CLXXV.

(Ex Willm. Cat. n. 149, p. 22. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Codex in 8°, 326 paginarum, scriptus in chartâ lineatâ charact. نسخی ad تعلیق vergente, satis perspicuo. Paginae in duas columnas divisae et lineis rubris inclusae, singulae 19 versus continent. Bene conservatus est et compactus ligaturâ orientali. E subscriptione apparet librarium الحاج مصطفی بن ملا رضوان Bagdādensem, incolam Ḫalebi feriâ tertiâ d. 13° m. Šawwāl a. H. 1070 eum absolvisse. Continet opera poëtica Tālib*i* Amolensis (طالب آملی) + 1035 sive 1036, v. Sprenger, *A Cat. of the libr. of the king of Oudh*, p. 575. Inde a p. 1—115 exstant carmina in laudem Sultāni Hindostānici جهانگیر پادشاه (regn. a. H. 1014—1037), ejus Vezīri Abū'l-Qāsim aliorumque. A p. 116—147 reperiuntur مثنویات, a p. 149—304 gazelae, a p.

304—315 مقطّعات ac denique a p. 316—326 ejus رباعيات. Non alia hujus operis exemplaria mihi innotuerunt, nisi quae memorat Sprenger l. l.; fragmenta tantum complectuntur Cod. Petrop. n. 528(23) et Cod. Gothanus 9(11, *a*) (e Cat. Pertsch*ii* p. 23).

E. Historici argumenti.

N. CLXXVI.

(Ex Willm. Cat. n. 188, p. 28. Ab hoc emtus est e bibl. Bruin*ii* (n. 68), qui eum sibi comparaverat e bibl. Willemsen*i*, cujus vide Catal. p. 166, n. 1819. — Fuit olim Golii, in cujus Catal. exstat in *Addendis* inter *Lib. Mss. Compact. in* 4°, n. 2 (cf. p. 18, n. 39).)

Codex in 4°, 150 paginarum, charact. نستعليق nitidissime scriptus et optime compactus ligaturâ orientali. E subscriptionibus (p. 89 et 150) apparet, librarium Çadro'*d*dīn Moḫammed ·ibn-Ǵa:far ·Içfahānensem mense Ša:bān*e* anni 1034 utrumque opus, quod Codex complectitur, absolvisse. Continet 1°. (p. 1—89) نظام التواريخ auctore viro celeberrimo ·*al-Baiçāwīo*, qui a°. 674 hunc librum composuit; v. Ḫāgī-Ćal. VI, p. 354, et in primis de Sacy in *Not. et Extr.*, Tom. IV, p. 672—699. Exemplar vero nostrum ad finem tantum dynastiae Selgūqidarum decurrit (ap. de Sacy l. l. p. 686 (1)). De Cod. Lugd.-Bat. v. *Cat.* III, p. 1 sq., ubi simul indicatur, ubinam hoc opus alibi servatur. — 2°. (p. 91—150) quaedam ex historiâ illâ notissimâ Ḫātim*i* Ṭāyitae (2) eo consilio

---

(1) Cod. noster et Lugd.-Bat. 681 re verâ exhibent, quod de Sacy in n. (*r*) conjecerat.

(2) Calcuttae et Constantinopoli Persice et Turcice prodiit haec historia, in Oriente celebrata. Versio Anglica, a Duncan Forbes procurata, a. 1830 Londini edita est.

excerpta, ut liberalitatis, quâ adeo excellebat, laudes celebrarentur. Auctor est حسين الكاشفى, vulgo dictus الواعظ الهروى (+ 910), qui aliis scriptis, ethicis praesertim, inclaruit. Ut e praefatione, liberalitatis encomio dicatâ, apparet, hunc librum sub auspiciis Sultāni 'Abū-l-Gāzī Ḫosain, cujus urbs هراة sedes regia erat, a⁰ 891 composuit. Opus hocce, Ḫāgī-Ćalīfae ac mihi etiam aliunde ignotum, statim post bismillam incipit ab his versibus (Metr. المتقارب)

بنام خدائى كه بخشنده اوست
بر آرندهٔ كار هر بنده اوست
كريمى كه دل داد وجان آفريد
زجودش وجود جهان آفريد

N. CLXXVII.

(Ex Willm. Cat. n. 189, p. 28. Ab hoc emtus est e bibl. Walraveni, cujus vide Catal. p. 57, n. 4.)

Codex in fol., 263 foliorum, charact. نسخى nitidissime scriptus et compactus corio Turcico, intus serico obtecto. De anni notâ et nomine scribae nihil proditur. Continet تاريخ نادرى auctore *Mīrzā Mahdī Ćān Māzandarānī* (1), qui a. H. 1171

---

(1) In Cod. nostro haec legitur inscriptio: كتاب تاريخ درّى (نادرى ١.) مشهور بتاريخ جهان كشا من كلام ميرزا مهدى خان مازندرانى, quae sic item exstat in Cod. Hafn. n. 63 (v. *Cat.* III, p. 23). E titulo autem تاريخ جهان كشا, hîc memorato, Willmet*us* male conjecit 'Alā.o*ddī*num 'Aṭā.o'l-Molk al-Ġowainī (+ 681) auctorem esse. Hoc longe aliud opus est, quod servat Bibl. Lugd.-Bat. in Cod. 1185 (v. *Cat.* III, p. 7 sq.)

hoc opus absolvit. Liber, notissimus e versione Jonesii c. t. *Histoire de Nader Chah*, 1770, editus est Calcuttae a°. 1846. Alia exemplaria exhibent Codd. Bodl. (Ouseley) 316 et 525, Petrop. 304, Hafn. 62 et 63 et Societ. Reg. Asiat. Brit. et Hibern. 146 et 147 (Morley, *Cat.*, p. 138 sq.).

F. Astronomici argumenti.

N. CLXXVIII.

(Ex Willm. Cat. n. 51, p. 11. Ab hoc acquisitus est a. 1813 casu fortuito pro levi dono.)

Pagg. 16 in fol. maj., lineis aureis inclusae, diversisque coloribus et auro distinctae. Exhibent Calendarium Persicum, nitidissime exaratum, sed mutilum; desiderantur enim uterque mensis Rabī‘ et Ģomādā, tam prior quam posterior, ita ut 8 menses hîc tantum reperiuntur. Annum, ad quem pertinet in foliis nostris laceris non inveni, sed ad sec. H. 11um pertinere mihi videtur.

G. Medici argumenti.

N. CLXXIX.

(Ex Willm. Cat. n. 52, p. 11. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultensii, cujus vide Catal. p. 601, n. 1128.)

Codex in fol., paginarum 584, charact. تعليق bene scriptus et ligaturâ orientali optime compactus. De nomine librarii annique notâ nihil proditur. Continet 1° اختيارات بديعى, auctore على بن الحسين الانصارى, vulgo dicto حاجى زين العطار, qui a. H. 770 (1) hunc librum composuit et in hono-

(1) Ḥāgī-Ćal. I, p. 197 ex praefatione auctoris hunc an-

rem reginae, بديع الجمال nuncupatae, hoc titulo ornavit. Opus est bipartitum: pars *prior* (p. 1—504) ordine alphabetico medicamenta *simplicia* recenset, et in Codice nostro praeter scholia Armeniaca notas marginales Persicas adjectas habet, quae pronuntiationem docent vocum ordine alphabetico recensitarum. Hae notae Persicae, ut probabile est, petitae sunt ex opere, quod filius auctoris post patris mortem concinnavit, quodque memorat Seligmann, *Ueber drey höchst selt. Pers. Handschr.*, 1833, S. 24 sq. Pars *posterior* (p. 505—552) medicamenta *composita* secundum classes exhibens, in variis operis exemplaribus vario modo se offert. Redactio vero antiquissima eaque maxime vulgaris ea est, quae in 16 capita divisa, a medicamentis المفرّحات dictis incipit et desinit in المراهم. Haec prostat in Codice nostro, ut et in Cod. Lugd.-Bat. 558 (1). Scholia Armeniaca ad hanc partem paucissima sunt. — 2° fragmentum operis medici Persici, 16 foliis constans, mutilum tam ab initio quam a fine. Fragmentum hoc dignissimum sane est, cujus ratio habeatur: pertinet enim ad opus ét antiquissimum ét hodie rarissimum, cujus in Europâ nihil, quantum novi, nisi duo alia fragmenta exstant, Cod. Vatic. (Hamm. *Lett.* III, n. 158) et Cod. Acad. Or. Vind. n. 378, quae *libros* 5^{um} et 9^{um} exhibent. Opus volo ذخيره خوارزمشاهى dictum, auctore Zaino'*d*dīno 'Ismāīl al-Ģorgānī (+ 535) (2),

---

num desumsisse videtur; in *nonnullis* enim operis exemplaribus tempus, quo compositum est, memoratur. Sic idem annus designatur in Cod. Lugd.-Bat. 1326. In nostro tamen Codice a. 779 exstat.

(1) Eamdem sequuntur Codd. Bodl. (Uri) 62 et 63, item, si bene memini, uterque Codex Paris. 150 et 157, quos Parisiis a°. 1858 degens raptim inspexi.

(2) Annus 530 apud Ḥāgī-Ćal., ed. Flügel, III, 162

10 (1) sive 12 *libros* complectens, quod in gratiam principis خوارزمشاهی composuit, v. Ḥāgī-Ḫal. III, p. 330. Fragmentum nostrum exhibere partem operis dicti, docet inscriptio in fol. ejus 1° v. obvia:

باب بیست پنجم اندر آنکه بیستم از کتاب ششم
از ذخیره خوارزمشاهی اندر احوال زنان وبیماریهای

ایشان, in quâ verba باب بیست پنجم اندر آنکه calamo expunxit librarius, sed گفتار, quod ei addendum esset, addere neglexit. Hoc vocabulum enim desiderari, apparet ex iis, quae statim sequuntur: واین گفتار چهار جزو است, in quibus vox چهار item expuncta est et superscribitur ۳. Hinc ergo apparet in fol. 1 v. incipere *sermonem* 20um e *libro* 6° operis nostri, qui sermo agit *de iis, quae feminis accidere solent earumque morbis.* Dividitur ille in 3(4) *partes:* pars 1a agit *de menstruatione ejusque paucitate et abundantiâ* et distribuitur in 3 *capita.* Capite autem 3° hujus partis 1ae in fol. 5 v. nondum finito, argumento et custode testibus, derepente subsistimus, dum in fol. 6 r. in re plane aliâ versamur. Hinc enim usque ad finem fragmenti (fol. 16 v.) agitur de *coitu, debilitate quae inde nascitur, cibis potibusque corroboran-*

(v. VI, 507) memoratus, dum alibi III, 330 et I, 368 annus 531 et 535 exstat, sine dubio est falsus. En quid al-Baihaqī in Cod. Lugd.-Bat. 133 *d* (*Cat.* II, p. 292 sqq.) narrat: زين الدين اسمعيل بن الحسن (sic) الجرجانى
صاحب الذخيرة الخوارزمشاهية وغيرها رأيته بسرخس
فى سنة ٥٣١ وقد بلغ من العمر اطوريه.

(1) V. Ch. Stewart, *A descr. Catal. of the Or. Libr. of the late Tippoo Sultan of Mysore*, p. 106, ubi liber divisus esse traditur in Praefationem et 10 Capita.

tibus aliisque rebus cum his conjunctis. Inscriptiones item docent haec omnia ex alio *sermone* petita esse, fol. 6 r. incipere a fine *Cap.*^{is} 6^{i} *partis* 3^{ae} *sermonis* 19^{i} et fol. 16 v. desinere in Cap. 24 ejusdem partis ejusdemque sermonis (1). Quae autem e quo *libro* desumta sint, in nullâ inscriptione indicatur. Sed ecce! custos folii 16^{i} convenit cum verbis, quae in initio fol.^{i} 1^{i} r. leguntur; argumentum idem confirmat, unde non tantum elucet *partem* 3^{am} *sermonis* 19^{i} libri 6^{i} continere 24 (2) Capita, sed etiam certissimum fit, fragmentum nostrum ex opere dicto exhibere finem *sermonis* 19^{i} et initium *sermonis* 20^{i} e *libro* 6°.

Inter Auctores, quos vidi citatos, sunt Galenus, Ṯābit ben Qorra, a*r*-Rāzī et Avicenna (3).

N. CLXXX.

(Ex Willm. Cat. n. 53, p. 11. Ab hoc emtus est e bibl. Walraven*i*, cujus vide Catal. p. 57, n. 6.)

Codex in fol., paginarum 566, charact. نستعليق bene scriptus et compactus ligaturâ orientali. Aetas et scriba in hoc etiam Codice non memorantur. Continet idem opus, de quo ad Cod. praeced. sub num. 1° sermo fuit. Pars *prior* (p. 1—474) significationem vocum, ordine alphabetico recensitarum, linguâ Latinâ in margine adscriptam habet. Pars *posterior* (p. 477—551) prorsus differt ab hac parte,

---

(1) Ne in his quidem foliis omnia recto ordine procedunt. Custos enim fol.^{i} 12 cum verbis initialibus fol.^{i} 13 non congruit.

(2) Quisque nunc facile intelligit, unde verba »*caput* 25^{um}" erronea in inscriptione fol.^{i} 1^{i} v. (v. supra) ortum duxerint.

(3) Fol. 2 r. citatur etiam كتاب حفظ الصحّة i. e. (v. Stewart l. l.) *liber* operis nostri 3^{us}.

in Codice praeced. obviâ itemque ab eâdem parte, quae in Codice Lugd.-Bat. 1326 exstat, quamquam, si argumentum spectas, cum utrâque multa communia habet. Divisa est in unam مقاله et duas خمله (1); *maqāla* agit de arte remedia componendi, خمله *prior* de medicamentis compositis, quae inter قرابادينات locum tenent, et *posterior* de iis, quae in quovis morbo sunt probata. Quum his tribus rebus finem imposuerit, aggressurus est Auctor, Deo volente, tertium opus: كتاب سيوم از معالجات در امراض مختصه. Haec sunt, quae in praefatione promittit. In ipso libro vero exstat *maqāla* (p. 477—479), خمله *prior* (quae inde a p. 479 ad p. 547 usque percurrens et in 10(11) maqālāt distributa, mixto ordine fere omnes 16 illas classes recenset, de quibus ad Cod.em praec. mentio facta est) et fortasse etiam (p. 547—551) *posterior*. Tunc autem verbis: واين كتابرا باينقدر ختم كرديم از جهة آنكه درين كتاب تكرار بسيار واقع شده اسب از باب معالجات وادويه مركبه subito liber desinit, Auctore non opus esse ducente ulterius hac in re progredi. — Inde a p. 553—566 adjicitur index ad partem priorem operis اختيارات بديعى. In hac enim nomina medicamentorum cet. linguâ Arabum scripta exstant, et sic, quamvis ad ordinem Alphabeti disposita, in quaerendo molestias creant hominibus earum regionum, in quibus lingua Persarum viget. Huic incommodo subvenire voluit Auctor indicem nostrum componendo, in quo nomina Persica, ordine Alphabetico exhibita, nomina Arabica sibi habent subjuncta.

---

(1) Cf. Freytag, *Lex.* in v. خمل. Saepius in Codice scribitur جمله.

Opus اختيارات بديعى offerunt Codd. Lugd.-Bat. 558, 1326 et 1450, Bodl. (Uri) 62 et 63, Paris. 150 et 157, Havn. 29 (pars 1[or]) et Nan. 113. Cf. item Stewart l. l. n. 14 (in p. 109).

N. CLXXXI.

(Ex Willm. Cat. n. 54, p. 11. Ab hoc emtus est e bibl. Walraveni, cujus vide Catal. p. 58, n. 29.)

Codex in 4°, 284 paginarum, in chartâ gossyp. perspicue scriptus charact. نسخى, et bene ligatus ligaturâ antiquâ. Anni nota deëst. Continet librum Persicum فى القراباذينات auctore مظفّر بن محمد الحسنى الشفائى, alphabetico ordine digestum, quem auctor in initio dicit se compilasse ex multis aliis de hoc argumento operibus. Totum volumen chartâ Europaeâ geminatum est, in quâ Latina versio exstat integri operis, confecta, ut in primâ paginâ dicitur, a R. P. Angelo a S[to] Joseph, Carmelitâ discalceato Tholosano, missionario Apostolico. Versio haecce, diversa a versione, quam a°. 1681 Parisiis idem edidit sub tit. *Pharmacopaea Persica*, ipsius autographon esse videtur. Primum folium, in quo pagg. 1 et 2 erant conversae, nunc deëst; apparet tamen hoc adfuisse olim et deinde exsecatum esse: ejus loco nunc aliud folium reperitur, in quo annotatio latina ejusdem manûs ad primam pag. exstat. Notae, adscriptae ad marginem versionis Lat., paucissimae sunt, et saepe ab editis diversae.

Alia exemplaria hujus operis exstant in Cod. Paris. 155, quem, a°. 1030 exaratum, ipse raptim inspexi, et in Cod. Havn. 34 (anni 1177, v. *Cat.* III, p. 15). Cf. etiam Stewart l. l. p. 110.

II. Theologici argumenti.

α. Religio Moslimica.

N. CLXXXII.

(Ex Willm. Cat. n. 206, p. 30. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Codex in 8°, 361 paginarum, charact. نستعليق nitide scriptus et ligaturâ orientali bene compactus. In initio folia nonnulla perierunt, quot, definire nequeo. Totus exaratus est ab uno eodemque librario, qui, quando scripserit, in fine tractatûs 3[i] (p. 79) indicat, ubi legimus: تمّت هذه الرسالة الشريف (sic) بعون الله وحسن توفيقه فى تاريخ سنة ٨٩٠. Continet hic Codex 18 tractatus Persicos anonymos. Omnes theologiam spectant, latissimo sensu sumtam et auctorem produnt sectae ʿAlīdarum addictum; plerique pertinent ad artem cabbalisticam. Hîc nempe habemus:

1°. (p. 1—57) tractatum, abrupte sic incipientem: بيش خدا چندان معتبرست كه اگر كسى نماز بامداد كه دو ركعت است سه گزارد با وجود انكه در صورت طاعت افزوده است صاحب شرع مقبول نمى دارد الخ. Hic tractatus exponit de arte, quae علم الحروف dicitur, atque inter alia in hunc usum explicat 50 versus, qui in initio libri عرش نامه occurrunt (1).

2°. (p. 58—69) tractatum, cujus titulus erasus est,

(1) De عرش نامه conf. H. Ċ. IV, p. 196; Pag. 4 citatur جاويدان نامه, cf. H. Ċ. II, p. 581.

hanc fortasse ob causam, quia hìc agitur de praestantiâ 'Alīi prae ceteris profetis. Post bismillam sic incipit : بدان كه هر سخنى كه شخصى آنرا بظهور مى آورد در باب معتقدات مى بايد

3°. (p. 70—79) رساله ان قال يوسف لابيه, sive tractatum de somnio Josefi (Sūr. 12, vs. 4—6).

4°. (p. 80—90) ترجمهٔ آية الكرسى, sive explicationem Sūr. 2, vs. 256. Praemittuntur quaedam de hujus versûs vi atque virtute.

5°. (p. 90—103) رساله روح, sive tractatum de Sūr. 17, vs. 87.

6°. (p. 104—129) introductionem in خطبة البيان (1). De خطبة البيان s. dictis, quae 'Alīo adscribuntur, v. H. Ċ. III, p. 160 et Ms. Vatic. (Ar.) 580(5). Initium est : سپاس نامحصور وستايش موفور الخ

7°. (p. 130—154) عجزيّات. Tractatus, qui docet, omne conamen ad ipsam rerum naturam et veritates sublimiores cognoscendas esse irritum nisi quod instituatur viâ cabbalisticâ, ab Auctore indicatâ. Philosophus et theologus impares sunt huic rei perficiendae. In hoc tractatu, qui sic incipit : حَمْدًا لِمَن جَعَلَ امير المومنين وامام المسلمين مَن كان عارفًا بذاته وصفاته الخ, citantur dicta virorum celeberrimorum, ut امام شيخ عطّار, جلال الدين رومى, فخر الدين رازى, نصير الدين طوسى, aliorumque.

(1) Titulus manu recentiore inscriptus شرح خطبة البيان minus recte se habet. Singula enim dicta non explicantur.

8°. (p. 156—162) tractatum, qui inscribitur: شرح عجزيّات, sed qui initium (1 pag.) tantum explicat tractatûs praecedentis.

9°. (p. 164—184) بحث اسم مسمّا. Tractatus cabbalisticus, qui sic incipit: ستايش بر كمال نثار ذاتى است كه اسماء الخ

Adjicitur (p. 185) dictum Mohammed*is* Arabice et Persice, auctoritate 'ibn-Masūd*i* relatum.

10°. (p. 188—211) tractatum, qui (ut patet ex praefatione) agit de sensu hujus versus:

جز حروف اندر نهان وآشكار
نيست چيزى گر تو مى يابى بيار

Hic tractatus, cui recentior manus titulum حقائق اشيا inscripsit, sic incipit: شكر وستايش ذاتى‌را كه ازليّت حروف كلام او بدلائل الخ

11°. (p. 212—222) رسالهٔ الٓمٓ غلبت الروم, sive tractatum de Sūr. 30, vs. 1—5.

12°. (p. 222—225) tractatum de hoc dicto Mohammed*is*: انّ قلوب العبادِ بَيْنَ اصبعَيْن من اصابع الرحمن كَقَلْبٍ واحدٍ يُصَرِّفه كيف يشاء

13°. (p. 226—266) فضيلت قرآن. Continet hic tractatus (ut in praefatione legitur) traditiones nonnullas در باب فضائل قرآن et in fine (inde a p. 246) مسئله چند كه در ميان علماء اسلام دائرست در حدوث وقدم كلام الله. Initium est: شكرًا على دين الاسلام حمد الخ

14°. (p. 268—299) نفائس الحقائق s. tractatum de علم الحروف. Incipit hoc modo: وصف جميل بر وجه تعظيم الخ.

15°. (p. 300—333) ما حصل. Est alius tractatus de علم الحروف, sic incipiens: ستايش ما لا يُحصى وسپاس در غايت اقصى الخ. E fine hujus libelli patet, auctorem anonymum aequalem fuisse viri docti شرف الدين اليزدى (+ 850).

16°. (p. 334—338) tractatum, qui hunc versum explicat:

بچشم خدا بين خود ديده ام
صفاتى كه ذات خدارا نبود

17°. (p. 339—344) tractatum, agentem de explicatione verborum: انا النقطة تحت الباء.

18°. (p. 344—361) tractatum cabbalisticum, cui in margine: محمود (?) ختام adscribitur, sic incipientem: قسمت الصلوة بينى وبين عبدى نصفين الخ

β. Religio Christiana.

N. CLXXXIII.

(Ex Willm. Cat. n. 6, p. 5. Ab hoc emtus est e bibl. Walraveni, cujus vide Catal. p. 57, n. 5 et 7.)

Codices 4 in fol. min., 1us 217, 2us 299, 3us 453 et 4us 313 paginarum, charact. نستعليق manu satis perspicuâ in chartâ gossypinâ scripti et bene conservati. Recenti ligaturâ compacti sunt orientalem in modum. Anni notâ carent. Tomus 1us (et reliqui eodem plane modo) sic inscriptus est: به نام حضرت عيسى المسيح خداوندما وشفاعت قدوس طوما

كتاب اول در باب حقيقت قطوليكيه ضدّ اضلال امتان در ضلالت آبادنشينان از تصانيف قدوس طوما حكيم در علوى مراتب علوم واقصاى درجات فضيلت رسيده ومجتهد سر آمده ترجمه‌اش از زبان فرنكى به زبان پارسى بدست پادرى پدرو عبد والدت عيسى از جماعت پادريان پابرهنه مشهور به عنوان جماعت راعيان كوه كرمل. Quatuor his voluminibus continetur Persica versio celebrati operis Thomae Aquinatis (vixit sec. 13°), inscripti *de veritate Catholicae fidei contra errores gentilium*, et quatuor Libris constantis, quorum singuli hìc separato volumine continentur. Editum est ex. g. Venet. a° 1480 et Antverp. 1612. Versio haec, quam Codd. nostri omnibus numeris absolutam exhibent, facta est, ut inscriptio docet, *a Patre Pedro, servo Matris Jesu, ex ordine Patrum nudipedum* (1) (s. discalceatorum), *noto epitheto ordinis monachorum montis Carmeli*. De his Carmelitis discalceatis vid. Helyot, *Histoire des ordres religieux*, Tom. I, Chap. XLVIII. — Aliud exemplar hujus versionis Persicae servat Cod. Bibl.ae Vatic. n. 59.

I. Juridici argumenti.

N. CLXXXIV.

(Ex Willm. Cat. n 39, p. 9. Ab hoc emtus est a. 1805, a quo, non patet.)

Codex in 8°, 182 paginarum, in chartâ gossyp. charact. نستعليق nitide et perspicue scriptus, sed

---

(1) Sic enim illud پابَرَهْنَه intelligendum.

ligaturâ destitutus. Satis bene conservatus est; posterior tamen ejus pars per humorem nonnihil passus est. In fine exaratus esse dicitur a ميرزا محمد حسين مشهدى die Veneris mensė Rabī:o priori anni H. 1092. Continet partem *priorem* operis, juridici dicam, an theologici, جامع عبّاسى, quod بهاء الدين محمد عاملى (+ 1031), jussu Šāhi 'Abbāsi Magni aç-Çafawīi (+ 1037), composuit, sed non absolvit. Operis enim, quod ex proposito scriptoris 20 capita complecteretur, capite 5° tantummodo finito, Auctor morte abripiebatur. Post ejus vero obitum discipulus ipsius نظام بن حسين ساوى reliquam partem supplevit. Hunc librum, in Oriente celebratissimum, in usum suum adhibuerunt, ex eoque nonnulla ediderunt Relandus, *de Rel. Moh.* passim et Chardinus, *Voyages en Perse* (cf. ed. Langlesii VI, p. 326 sqq., VIII, p. 64 et alibi). E Cat. Bibl. Sprengerianae p. 43, n. 654 patet, eum in urbe Lucknow ope lithographiae jam prodiisse. Exemplar nostrum praesertim versus finem quodammodo abbreviatum est, uti apparet, collatis Codd. Lugd.-Bat. n. 1202 et 1283, qui ambo partem item *priorem* exhibent. Partem *posteriorem* servant Codd. Lugd.-Bat. n. 1327 et 1607. Praeterea opus nostrum exstat in Codd. Dresd. n. 338 (pars I), Havn. n. 6 (pars II), cf. etiam n. 4 e Codd. mixtis (*Cat.*, p. 65), Radcl. (Fraser, p. 32) et Vatic. n. 15 (1); cf. item Stewart, *a Cat. of the libr. of Tippoo Sultan*, p. 156, n. 89.

---

(1) Codex hicce Relandi fuit, qui duo exemplaria nostri operis possidebat, v. Ind. post lib. *de Rel. Moh.* n. III, coll. Catal. Mss. ejus p. 10, n. 1 et 2. Alterum exemplar servat Bibl. Lugd.-Bat. sub n. 1283.

V. Libri Turcice scripti, aut ad linguam et litteras Turcicas spectantes.

A. Vocabularia; colloquia.

N. CLXXXV.

(Ex Willm. Cat. n. 78, p. 14. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Codex in 8°, 39 paginarum, charact. نستعليق perspicue et nitide scriptus cum omnibus vocalibus et satis bene conservatus. Ligaturâ compactus est antiquâ, quae deinde redintegrata est. Paginae inclusae sunt lineis rubris et in margine plurima addita scholia Turcica, ejusdem scribae manu sed minoribus litteris. In fine haec exstat subscriptio: حرّره الحقير مصطفى كاتب زاده فى شهر محرّم الحرام سنة ١١١٠. Continet librum notissimum et quam maxime vulgatum تحفهٔ شاهدى. Šāhidī, ejus auctor, a. 957 mortuus est.

N. CLXXXVI.

(Ex Willm. Cat. n. 77, p. 14. Incertum, quomodo ad hunc venerit.)

Codex in 4°, 93 paginarum, charact. نسخى scriptus fere sine vocalibus et involucro chartaceo recenti ligatus orientalem in modum. Exaratus est manu Steph. Schultz*ii*, et subscriptio: سوده حسين بن عبد الكريم الاسكلبى — سنة ١١٥٣ pertinere mihi videtur ad exemplar, unde hoc nostrum petitum sit. Continet idem opus, ac Num. praecedens. De Codd. Lugd.-Bat., qui hunc librum offerunt, v. Dozy, *Cat.* I, p. 102.

N. CLXXXVII.

(Ex Willm. Cat. n. 153, p. 23. Incertum, unde ad hunc venerit)

Codex in 4°, paginarum 37, bene compactus. Charactere نسخی distincte scriptus est anno H. 1044 ab *ipso* auctore. Exhibet vocabularium Arabico-Turcicum, تحفهٔ فدائی dictum, quod, versibus conscriptum, Mohammed quidam, cujus nomen poëticum erat فدائی (floruit sec. H. 11^mo^), in usum puerorum praesertim composuit. Post Codicis initium:

حمد اول الله كم يرتدى جهان
آدمی قلدی اکرمی اعیان
انبیائی کتوردی آدمدن
انلری اکرم ایتدی عالمدن
انبیای ایچره اول شه اعظم
ایلدی هم محمدی خاتم
ویردی اغز اغزده قویدی لسان
هم لسان ایچره قلدی نطق عیان cet.

inde a versu:

بعده بن فقیر وبیچاره مبتلا غریب وآواره

Mohammed noster narrat, se, miseriâ atque inopiâ coactum, patriam عنتاب (1) reliquisse, et aliquam-

(1) I. e. عین تاب (v. Tuch in *Z. d. D. m. G.* IV, p. 513). Ad hanc nominis compositionem auctor ipse alludit in versu:

diu urbes regionesque peragrasse, donec tandem in urbe طرهبلوس sedem denuo fixit. Hîc pueris docendis victum sibi quaesivit, et vocabularium conscripsit Arabico-Turcicum ad normam vocabularii Persico-Turcici Šāhidī*ani*, quod non solum, hujus instar, versibus constat, varias metrorum species referentibus, sed nomen etiam simile gerit.

Vocabularium ipsum, in 15 sectiones (قطعه) divisum, sic incipit (pag. 6):

تنكرى الله رسول پيغمبر   هم خبرجى نبى اولو اكبر

قلاوز در دليل خور ذليل   هم كثير اولدى چوق واز قليل

Vocabula Arabica littterâ ع, Turcica vero litterâ ت, infra lineam scriptâ, notata sunt, quod signum autem in posteriore libri parte disparet. Sectionem 15^am^, s. ultimam excipiunt خاتمة الكتاب, et حساب ابجد; *huic* capitulo sequens exemplum subjungitur, anni notam prodens quo liber scriptus sit:

حساب ابجدى بلدڭ اى جان

كتابڭ تارخينى ايله اذعان

بو مصراعڭ حروفڭ صاى سراپا

قودڭ دهره فدائى تحفه اعلا

فى سنة ١٠٤٤ كان اختتامها على يد الفدائى

Opus hocce, quod auctor 12 dies se absolvisse dicit, aliunde mihi non innotuit.

ليك اولمشدى مولدم عنتاب

اولمشيدم او شهرده بى تاب

N. CLXXXVIII.

(Ex Willm. Cat. n. 76, p. 14. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultens*ii*, cujus vide Catal. p. 605, n. 7015.)

Codex in 16°, 152 paginarum, in chartâ lineatâ diversi coloris nitide scriptus charact. نستعليق, multis additis vocalibus. Libellus quamquam consutus, non ligatus, optime tamen conservatus est. E clausulâ patet eum die 1° mensis Mo<u>h</u>arram*i* a. 1104 in urbe Smyrnâ fuisse absolutum. Continet vocabularium, ut e praefatione patet, itidem, ut Num. praec., ad normam libri Šāhidī*ani* compositum, et Arabico-turcicum. Distributum est in 32 sectiones pro numero metrorum et sic incipit:

الهِ الخلق علّامُ الخَفايا مُفيضُ الخيرِ قسّامُ العَطايا

N. CLXXXIX.

(Ex Willm. Cat. n. 80, p. 15. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultens*ii*, cujus vide Catal. p. 605, n. 7013.)

Codex in 16°, 207 paginarum, perspicue scriptus in chartâ diversi coloris et punctis vocalibus instructus. Optime conservatus est. De ejus aetate vide infra ad Num. CXCI (ex Willm. Cat. n. 96). Continet, ut in titulo dicitur, كلمات تركيّة sive vocabularium Turcicum, ordine alphabetico dispositum. Incipit a voce ابتدا ايلمك. In margine adscribitur non tantum vocabulorum Turcicorum pronuntiatio, sed et interpretatio Italica; verum inde ab initio litterae ق haec desiderantur. Vocabulario p. 192 absoluto adjicitur باب المصاحبة, dicta quaedam vulgaria exhibens. — Bibl. Lugd.-Bat. nuperrime a°. 1860 Codicem acquisivit, n°. 1686 notatum, qui non so-

lum argumento prorsus cum nostro conspirat, sed etiam ab eodem scribâ mihi exaratus videtur. Forma itidem est in 16°, paginae num.° 207, charta diversi coloris. Pronuntiatio et interpretatio Italica, quae ab alio viro atque in Codice nostro hîc vocibus Turcicis superscribuntur, in hoc exemplari ad finem usque perductae sunt.

N. CXC.

(Ex Willm. Cat. n. 82, p. 15. Incertum, quomodo ad hunc venerit.)

Liber in 4°, 146 paginarum, ligaturâ chartaceâ recenti compactus orientalem in modum et bene conservatus. Hic Num., ut et Num. CXCIII (ex Willm. Cat. n. 92), cum quo olim conjunctus erat, manu Schultz*ii* perspicue scriptus est. In utroque Numero singulae paginae in duas columnas divisae sunt, quarum altera Turcica, altera versionem Gallicam continent. Numerus noster voces et phrases Turcicas, alter ille dialogos, ut videbimus, exhibet. Willmet*us* utrumque opus separavit, nesciens fortasse (quod etiam in neutro horum indicatur) ea ambo descripta fuisse e libro *Grammaire Turque*, a° 1730 Constantinopoli edito, cujus auctor fertur Holderman e Soc. Jesu (1). In nostro Numero exstant, quae ibi p. 68—143, et in Num. CXCIII, quae ibidem p. 144—194 leguntur. Pronuntiatio tantum vocum Turcicarum, litteris Latinis in libro laudato adscripta, in apographis nostris desideratur.

---

(1) Obiter moneo, quod Catal.° Dozy*i* I, p. 104 addatur, Codicem Lugd.-Bat. 1362(2) ex eodem libro fuisse descriptum. Exhibet enim, quod in lib. I. exstat p. 68—126.

N. CXCI.

(Ex Willm. Cat. n. 96, p. 16. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultens*ii*, cujus vide Catal. p. 605, n. 7014.)

Codex in 16°, 125 paginarum, in chartâ diversi coloris nitidissime scriptus, additis vocalibus, et bene conservatus. Anni nota deëst, sed aliunde innotuit: collatis enim Num.° CLXXXIX (ex Willm. Cat. n. 80) et Codd.us Lugd.-Bat. 1591 et 1686, patet, eumdem librarium, qui nostrum Codicem scripsit, hos etiam Codices exarasse. Unus ex his, Cod. 1591, anni notam gerit, nempe a. Ar. 1113 (1), unde reliquorum aetas sequitur. Omnes hi dicti Codices, qui formâ quoque inter se prorsus conveniunt, opuscula elementaria diversi generis exhibent. Noster continet تركجه تكلّمات, ut in titulo legitur, sive *Dialogos Turcicos*, num.° tres, quorum geminum exemplar hic Codex complectitur, hoc tantum discrimine, quod prius (p. 1—64) charact. نسخى, alterum (p. 68—125) charact. Dīwān*ī* exaratum est. Inter utrumque (p. 65—67) exstat alphabetum charact. Dīwān*ī* scriptum. Hinc igitur abunde patet, hos dialogos inprimis inserviisse characteri implicato Dīwānico addiscendo. Primis 6 paginis adscripta est pronuntiatio et versio Italica.

N. CXCII.

(Ex Willm. Cat. n. 95, p. 16. Incertum, quomodo ad hunc venerit.)

Liber in 4°, 73 paginarum, ligaturâ chartaceâ compactus orientalem in modum. Scriptus est a°

---

(1) Sic enim lege in *Cat.* Dozy*i* I, p. 181. Annus Ar. 1113 = a. Chr. 1701—2.

1755 manu St. Schultz*ii* (1). Exhibet colloquia 4 Turcica, a J. C. Clodio (*Grammatica Turcica*, 1729, p. 107—179) litteris Latinis edita, quae (v. Praefatio ad Coll.) Jacobum Nagy de Harsani, Nob. Hung., serenissimi Electoris Brandenburgici olim Consiliarium, Auctorem habent. Haec colloquia, omissâ versione Latinâ, turcicis characteribus usus descripsit Schultz*ius*.

N. CXCIII.

(Ex Willm. Cat. n. 92, p. 16. Incertum, quomodo ad hunc venerit.)

Liber in 4°, paginarum 78, eodem modo ligaturâ chartaceâ compactus et manu Schultz*ii* perspicuè scriptus. Exhibet colloquia 20 Turcica cum versione Gallicâ; sed quia hic Numerus proprie partem format posteriorem Num.[i] CXC (ex Willm. Cat. n 82), a quo Willmet*us* eum separaverat, Lectorem ad illum Num.[um] relego.

B. Metrici argumenti.

N. CXCIV.

(Ex Willm. Cat. n. 152, p. 23. Ab hoc emtus est e bibl. Bruin*ii* (n. 69), qui eum sibi comparaverat

---

(1) In Diario Ms. (n. 196 ex Willm. Cat.) p. 692 ad diem 4[um] m. Julii, dum Alexandriae versabatur, inter alia haec Schultz*ius* annotat: »Vormittage schrieb ich an den »Türckischen Gesprächen, welche der H. Clodius zu Leipzig »mit Lateinischen Buchstaben hat abdrucken lassen, diese »schrieb ich mit Arabischen." Cf. etiam p. 837, ubi die 3 m. Augusti 'al-Qāhira*e* haec colloquia se absolvisse dicit. Hinc patet, quo jure hunc librum, in quo nihil hac de re notatur, a Schultz*io* exaratum dixi. Willmet*us* tamen (v. ea, quae in libri initio scripsit) idem jam conjecerat.

e bibl. Willemseni, cujus vide Catal. p. 166, n. 1820. — Willemsenus hunc Codicem emit e bibl. Adriani Relandi (v. Cat. Mss. in 4°, n. 42 in p. 8), qui a°. 1696 eum nactus erat e bibl. Golii, in cujus Cat. exstat inter Misc. in 4°, p. 19, n. 54.)

Codex in 4°, 287 paginarum, charact. نستعليق perspicue scriptus et ligaturâ antiquâ bene compactus. Ut e subscriptione apparet, librarius, qui se ipsum vocat عبد الكريم بن نعمان, initio mensis Çafar a. Ar. 1053 eum absolvit. Continet بحر المعارف auctore Sorūrīo (+ 969), qui, uti in fine Codicis traditur, mense Çafar a. Ar. 956 hoc opus composuit. Vid. de eo Ḥāgī-Ćal. II, p. 21 sq. et Hammerus in *Jahrb. d. Liter.*, Vol. 62, *Anz. Bl.* p. 12. De Cod. Lugd.-Bat. 451(1) v. Dozy *Cat.* I, p. 119.

C. Epistolaris argumenti.

N. CXCV.

(Ex Willm. Cat. n. 197, p. 29. Ab hoc emtus est e bibl. Walraveni, cujus vide Cat. p. 57, n. 9. — Walravenus eum emit e bibl. Willemseni (v. Cat. p. 165, n. 731), qui eum sibi comparaverat e bibl. Relandi, v. Cat. librorum ejus Mss. p. 2, n. 18.)

Magna charta convoluta, charact. نسخی perspicue et emendate scripta, quae pactum commerciale exhibet a°. H. 1043 (= a. Chr. 1633) inter Sultānum Moradem IV et Ordines Belgii Foederati initum. Insignia privilegia nostratibus in eo concessa sunt. Consul noster, qui tunc Constantinopoli erat, et cujus in hoc pacto item mentio fit, Cornelis Haga erat. — In Catal. Relandi haec epistola perperam *authentica* dicitur; non est nisi *apographon*. Autographon ipsum servatur Hagae Comitum in *archivis*, ut ajunt, patriae nostrae, quod comperi ex versione

Belgicâ, autographo adjectâ, quae benevolentiâ viri Doctissimi R. C. Bakhuizen van den Brink mihi commodata fuit.

N. CXCVI.

(Ex Willm. Cat. n. 87, p. 15. Ab hoc emtus est e bibl. Bruin*ii*, in cujus Catal. eodem fasciculo continetur ac num.[i] 27, 28, 33, 34 et 36.)

Codex in 4⁰, 280 paginarum, charact. Dīwānī perspicuo exaratus et corio tectus. Si quid ex exemplis diplomatum, hîc allatis, efficere licet, Codex scriptus est circa a. H. 1100, fortasse (cf. p. 132) in urbe Smyrnâ. Est unus e multis illis libris, qui formulas epistolarum cet. exhibent, ex quibus alii edocerentur, quomodo epistolas ad diversos viros mitterent. Inscribitur: فى زماننا مستعمل انشا مفيد ومختصر در, et incipit: باعث تسطير كتاب انشا الخ. Auctor, cujus nomen nusquam memoratum vidi, in praefatione narrat, se ex aliis similibus libris opus suum concinnasse. Ad hoc argumentum igitur pertinent omnes 3 partes, quae in Codice nostro observantur, 1ª p. 1—74, 2ª p. 78—132, quae انشاء پر بلاغت وفصاحت inscribitur, et stylo elegantiori conscripta est, et 3ª p. 141—261, quae diplomata complectitur. — Arctissime cum his tribus cohaeret 4ª pars, p. 262—280 in Codice obvia et هذا لغات مشكلات انشا inscripta. Est simile glossarium atque illud, quod in Num. XXXV (ex Willm. Cat. n. 74) sub n⁰. 4 exstat, quodque vocabula difficilia, Arabica et Persica, in epistolis occurrentia, Turcice explicat. Hoc nostrum ordine alphabetico dispositum est et incipit a voce اخلاص.

N. CXCVII.

(Ex Willm. Cat. n. 86, p. 15. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultens*ii*, cujus vide Catal. p. 602, n. 3841. — E fol. 1° apparet, hunc Codicem olim fuisse Herman*ni* van der Horst (1).)

Codex in 4°, 72 paginarum, charact. نسخی nitide scriptus, additis vocalibus, et ligaturâ recenti bene compactus orientalem in modum. De aetate aut scribâ nihil constat. Inscribitur در قاعدهٔ انشا بو در, et complures formulas epistolarum, syngrapharum, cet. complectitur. Est idem opus quod exhibet Codex Lugd.-Bat. 1268 (vid. Dozy *Cat.* I, p. 181), qui charact. Dīwān*i* scriptus est. In ultimâ pag. exstant numerorum notae Arabicae ab ١—٩ et mox per numerum denarium usque ad multa millia.

N. CXCVIII.

(Ex Willm. Cat. n. 84, p. 15. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Codex in fol., 52 paginarum, charact. Dīwān*i* bene scriptus et ligaturâ recenti compactus. In initio Codex non tam vetustate, quam usu tritus mihi videtur; Codex enim recentior est (2). Continet كتاب انشا, librum praecedentibus similem, qui sic incipit: الحمد لله الملك الجبار الواحد القهار الخ. In fine exhibentur ارقام سياقت, numerorum figurae, e nominibus Arabicis decurtatae; cf. supra Num. CLX (ex Willm. Cat. n. 213).

---

(1) Hujus item fuit Cod. Lugd.-Bat. (olim Schult.) 1267 (Dozy *Cat.* I, p. 183).

(2) Hoc confirmari videtur ex anno ١١٣٢, qui memoratur in formulâ p. 51 obviâ.

N. CXCIX.

(Ex Willm. Cat. n. 85, p. 15. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Codex in 4° maj., 53 paginarum, charact. Dīwānī nitide scriptus et bene compactus orientalem in modum. De aetate aut scribâ nihil refertur. Continet opus, praecedentibus simile, cujus vero neque peculiaris titulus neque auctor memoratur. Statim enim sine ullâ inscriptione, vel sine bismillâ incipit ab hac epistolae formulâ : اقراندن اقرانه يازلمشدر, cujus hoc est initium : الوف تحيات صافيات الخ. Varia hujus generis exempla magno numero usque ad finem Codicis se excipiunt.

N. CC.

(Ex Willm. Cat. n. 210, p. 31. Incertum, quomodo ad hunc venerit.)

Codex in 4° maj., 40 paginarum, charact. Dīwānī et نسخى perspicue scriptus et optime conservatus. Olim junctus erat cum Numeris CCXXII, CCI et CCII (ex Willm. Cat. n. 204, 205 et 209), qui omnes, ejusdem originis, unum fasciculum videntur formasse. Willmet*us* eos separavit, et, quatenus licitum erat, singulos (nempe n. 205, 209 et nostrum) singulari ligaturâ compingendos curavit. Hos quatuor ejusdem originis dixi : prodierunt enim, quamquam in Codd. 209 et nostro nulla hac de re mentio fit, ex officinâ Schultz*ii* et Woltersdorff*ii*, quorum *hic* Codicem nostrum scripsit (1). Continet, ut Num.[i]

(1) Ex iis, quae in Praefatione hac de re dixi, sequitur, Codices etiam ambos praecedentes (ex Willm. Cat. n. 84 et 85), ut equidem puto, e collectione Schultz*ii* et Woltersdorff*ii* in nostram transiisse. Quo jure autem statuam Codi-

praecedentes, varias formulas epistolarum, syngrapharum, cet., omnes duplici charact., Dīwānī et نسخی, exaratas.

N. CCI.

(Ex Willm. Cat. n. 205, p. 30. Incertum, quomodo ad hunc venerit.)

Codex in 4⁰, 48 paginarum, charact. نسخی, partim charact.ᵉ Dīwānī illi adjecto, perspicue exaratus et bene compactus; vid. ad Num. praec. Continet »*Turcica varia sive Miscellanea collecta ab* »*A. F. Woltersdorffio*, استانبول, ۱۷۵۳," ut hic ipse suâ manu in pag. 1ª notavit. Sunt diversa exempla epistolarum, diplomatum cet., quae ille descripsit et partim Latine vertit. Cf. infra Num., qui ex Willm. Cat. est n. 97, sub n. 1⁰ et 2°.

N. CCII.

(Ex Willm. Cat. n. 209, p. 30. Incertum, quomodo ad hunc venerit.)

Codex in 4⁰, 25 paginarum, charact. Dīwānī scriptus et bene compactus; vid. ad Num. CC (ex Willm. Cat. n. 210). Utrum manus Schultz*ii*, an Woltersdorff*ii* Codicem nostrum exaraverit, dijudicare non ausim, licet *hujus* manum hîc deprehendere equidem mihi videar. In hoc libro Woltersdorff*ius* (sive Schultz*ius*) se exercuit in charactere Dīwānī scribendo. Linea, quae in paginâ supremâ exstat, in quâvis paginâ bis, ter aut saepius scribendo repetitur. In initio reperitur praeceptum,

---

ces hujus argumenti ab his duumviris non tantum descriptos sed et acquisitos esse, apparet e libro *der Leitungen des Höchsten* V, p. 17 et 480 sq.

Arabice, quomodo atramentum nigerrimum, idque splendens componatur.

D. Argumenti ad Litteras Humaniores pertinentis.

N. CCIII.

(Ex Willm. Cat. n. 140, p. 22. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultens*ii*, cujus vide Catal. p. 602, n. 3849.)

Codex in 4°, 141 paginarum, charact. نسخی nitide scriptus et bene conservatus. Nomen scribae et anni nota non memorantur. Continet 1°. p. 1—126 شرح دیباجهٔ کتاب گلستان, s. *Commentarium in Praefationem libri* گلستان (de quo libro v. supra N. CLXI et sqq.) auctore Maḫmūd ·ibn ꞌOṫmān ·ibn ꞌAlī, vulgo *Lāmiꞌī* dicto (+ 938), v. Ḫāgī-Cal. V, p. 231. De Lāmiꞌīo, poëtâ ꞌOṫmānico celeberrimo, v. von Hammer, *Gesch. der Osman. Dichtkunst*, Tom. II, p. 20 et sqq. Auctor in longâ praefatione narrat se a° H. 910 hunc librum composuisse. Initium est: یا من تعالی عن ثناء الخلائق جناب قدسک. Alterum exemplar exhibet Cod. Caes. Vind. n. 305 (apud Flügel. in *Jahrb. d. Lit.* Vol. 100, *Anz. Bl.* p. 12) (1). — 2°. p. 126—141 libellum de Grammaticâ Persicâ agentem. Commentario praecedenti finito, statim sine ullâ inscriptione hic libellus sic incipit: ایا (2) محبوب القلوب یسّر الله لک

(1) Cod. Gothan. n. 65 (e Cat. Pertsch*ii* p. 94 sq.), qui itidem commentarium turcicum in Praefationem libri گلستان exhibet, sed incerti auctoris, a nostro quoque diversus est.
(2) Hinc error ille in Cat. Willm[i].

32*

المطلوب الخ , post quae verba illico traditur divisio in Praefationem et 2 Capita. *Praefatio* exponit *de modo quo vocabula in linguâ Persicâ derivata, derivantur deque conjugationibus regularibus et irregularibus.* Haec pars tantummodo in Codice nostro exstat. *Caput* 1^um^, quod مصادر ومضارع صيغهلرين بيان ايدر , et *Cap.* 2^um^, quod لغات اسماء وذوات بيان ايدر , hîc desiderantur.

N. CCIV.

(Ex Willm. Cat. n. 183, p. 28. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultens*ii*, cujus vide Catal. p. 602, n. 3851. — Exstitit hoc exemplar in Bibl. Golii (vid. Catal. Mss. ejus n. 64 misc. in fol.), qui nomen suum paginae 1^ae^ adscripsit.)

Codex in fol. min., paginarum 466, charact. نسخى nitidissime scriptus additis vocalibus. Paginae 8 priores a recentiore manu, tomi supplendi causâ, sunt additae; hîc illic praeterea conspicitur manus ab utrâque dictâ diversa. Anni nota deëst: in fine enim paucissima videntur desiderari. Continet, uti in titulo legitur, المجلد الثانى من كتاب (sic) الموسوم بقران الحبشى , sive *Tomum* 2^um^ *libri* قران الحبشى *dicti.* Est historia fabulosa, ab Abū Tāhir Mūsā Tartūsī enarrata, et ex linguâ Persicâ in Turcicam conversa. Argumentum hujus Tomi 2^i^ accuratius tradit Cl. Tornberg in Cat. Bibl. Upsal. p. 67—69. Alia hujus operis exemplaria exhibent Codd. Paris. n. 335—337, Havn. n. 16 (*Cat.* p. 57) et Upsal. n. 117.

E. Poëtici argumenti.

N. CCV.

(Ex Willm. Cat. n. 156, p. 23. Ab hoc emtus est e bibl. Walraven*i*, cujus vide Catal. p. 59, n. 42. — In fine Codicis notatur, eum esse e Bibl. Lette*i*; in ejus initio videtur esse signum Mss.torum Golii.)

Codex in 8° min., 120 paginarum, charact. نستعليق nitide scriptus et ligaturâ antiquâ bene compactus. Anni nota deëst. Continet شاه وگدا auctore poëtâ Turcico Jaḫjā aś-Śibtawī*o*, qui sec.° H. 10mo exeunte mortuus est. Carmen est ultimum ejus خمسة, v. Ḥāgī-Ćal. III, p. 176 et IV, p. 12. De poëtâ conf. Hammer*us*, *Gesch. d. Osm. Dichtk.* III, p. 32 sqq.; opus ejus, e quo M. Wickerhauser (*Chrestomathie*, Wien, 1853, p. ٢٩٧ sq.) particulam edidit, frequens est: exstat enim in Bibl. Bodl. (Uri) n. 931(3), p. 202 et n. 29, p. 307 sq., Upsal. n. 208, 209 et 210(1), Dresd. n. 76, Monac. n. 62 (ap. Flügel*ium* in *Jahrb. der Liter.* Vol. 47, *Anz. Bl.*, p. 23), Acad. Or. Vind. n. 219 (2 exempl.), Caes. Vind. n. 214—216 et 521 (ap. Hammer*um*, p. 27 et 57) et Ducis Parmae (ap. Hammer*um* in *Bibl. Ital.* 59, p. 189).

N. CCVI.

(Ex Willm. Cat. n. 154, p. 23. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Codex in 4°, 119 paginarum, in chartâ lineatâ scriptus charact. نسخى majore et perspicuo, ad تعليق vergente. Bene conservatus est et compactus ligaturâ orientali. E subscriptione apparet, eum fuisse absolutum فى ٢٨ ذى الحجة الحرام سنة ١١٥٤.

Continet carmen, خيريّة dictum, poëtae Nābī*i*

(+ 1124), de quo, ut de opere nostro, multis exposuit Hammer*us*, *Gesch. d. Osm. Dichtk.* IV, p. 49 et sqq. Aliud hujus operis exemplar servat Bibl. Caes. Vind. n. 410 (ap. Flügel*ium* in *Jahrb. d. Liter.* Vol. 100, *Anz. Bl.*, p. 20).

F. Historici argumenti.

N. CCVII.

(Ex Willm. Cat. n. 179, p. 27. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Codex in 4°, 159 paginarum, charact. نسخى incomte exaratus, additis vocalibus, ceteroquin bene conservatus. In fine tantummodo legitur كتبه الفقير على; ejus aetas recentior est. Continet تحفة العاشقين, librum, in 15 capita divisum, qui tractat فضائل مكة والمدينة والقدس والخليل. Auctor شيخ محمد اليمنى e 120 libris arabicis se illum concinnasse in praefatione dicit. Cap. 1^{um} (p. 5—50) de Meccâ, 2^{um} (p. 51—71) de 'al-Medînâ, 3^{um} — 14^{um} (p. 71—144) de Hiërosolymis, et 15^{um} (p. 144—159) de Hebrone exponit. Opus hocce, cujus Auctor magis Theologum, quam Historicum agit, non magni sane est momenti. Alia exemplaria exhibent Codd. Paris. n. 133 et 134, Dresd. n. 64 et Upsal. n. 257.

N. CCVIII.

(Ex Willm. Cat. n. 182, p. 27. Ab hoc emtus est e bibl. Bruin*ii* (n. 81*), qui eum sibi comparaverat e bibl. Willemsen*i*, cujus vide Catal. p. 166, n. 1818. — Willemsen*io* cessit ex bibl. Reland*i*, cujus vide Catal. p. 6, n. 17, coll. Indice Mss. post librum ejus *de Rel. Moh.* n. XI. Reland*us*

denique eum emit e bibl. J. Golii, in cujus Cat. exstat p. 24 inter misc. incomp. in 4⁰ sub n. 8 (vid. ibi etiam n. 9).)

Codex in 4°, 70 paginarum, charact. نسخى nitidissime scriptus et ligaturâ corneâ bene compactus. De ejus librario atque aetate vide supra ad Num. CXI (ex Willm. Cat. n. 50) ibique not. (1). Continet سبحة الاخبار, genealogiam prophetarum, regum et magnatum inde ab Adamo usque ad Sultānum Solaimān filium Selīm*i* (qui regnavit ab a. Ar. 926—974, sive 1520—1566), quam Jūsof ʿibn-ʿAbdi'*l*-latīf e linguâ Persicâ Turcice vertit. Nominibus propriis, quae circellis, variis pro prophetis aliisve, includuntur, notae passim adjectae sunt. Haec genealogia, e quâ Wilh. Schickard*us* exiguam partem edidit Tubingae, 1628, sub tit. *Tarich h. e. Series Regum Persiae*, deinde continuata est ad Morād*um* filium Selīm*i* (qui regnavit ab a. Ar. 982—1003, sive 1574—1595) a viro, qui hujus Sultāni tempore vixit (1), tandem ad Ahmed*um* III (qui a. Ar. 1115, sive 1703 regnum occupavit) a Relando, pristino exemplaris nostri possessore (v. supra) (2). Ipsum illum Codicem, e quo Schickard*us* librum suum edidit, possidet Bibl. Guelferbytana sub n. 31 (in Cat. Fleischer*i* p. 78 sq.). Duo alia exemplaria, n. 522 et 523, servat Bibl. Petropol., in cujus Cat. p. 468 sq. titulus male traditur سبكة الاخيار, unde Dorn minus feliciter statuit, opus nostrum versionem esse operis Persici c. t. سبكة الاخيار auctore Derwīšo Mohammed, vid. Hammer*i* *Gesch. d. Osm. R.* I, p. xxix. Praeterea liber noster exstat in Bibl.

(1) Nomini Principis verba: خلد ملكه subjunxit.

(2) Reland*us* possidebat versionem Latinam hujus operis, a Golio factam et hujus manu scriptam, v. Index Mss. ejus post librum *de Rel. Moh.* n. XI et ejus Cat. p. 3, n. 29.

Caes. Vind. n. 143 et Paris. n. 46 (Cat. p. 309, ubi is, qui opus Turcice vertit, perperam Jūsof ʿibn-ʿAbdi'*l*láh*i* vocatur).

G. Astronomici argumenti.

N. CCIX.

(Ex Willm. Cat. n. 49, p. 10. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Codex in formâ min., 97 paginarum, charact. نسخی nitide scriptus et ligaturâ chartaceâ compactus orientalem in modum. E subscriptionibus utriusque tractatûs, quos Codex continet, patet, librarium, qui se ipsum vocat عبد الاثیم اق عبدالی بن (sic) حسین, medio mense Šaʿbān*e* anni 1137 eum ad finem perduxisse. Continet 1° (p. 1—50) رسالۀ مقنطرات anonymi auctoris. Post doxologiam sequitur haec brevis praefatio: بو رسالۀ مقنطرات دیمکله متعارف اولدی آلت ربع دائره اقسامی ندر علملرینی بیان ایدر نیجه مثاللر ایله بر مقدمه اوزرینه ودخی یکرمی باب اوزرینه ترکیجه ترتیب ایلدم تا که طالبلره آسان اوله. Pro 20 *capitibus*, praeter *introductionem*, in quae Auctor in hac praefatione opus suum divisisse testatur, in ipso libello 21 offeruntur. *Introductio* رسملرینک بیانندە در; *cap.* 1um فی (1) فی معرفة وضع, 2um معرفة الاخذ (sic) الارتفاع

---

(1) Inscriptiones *capitum* Arabice exhibentur, sed statim Turcice vertuntur.

المرى على درجة الشمس, et sic porro. — 2° (p. 51—97) كفايت الوقت لمعرفة الدائر وفضله والسمت (1); auctore مصطفى بن على, qui Constantinopoli in templo Sultāni Selīmi munere τοῦ الموقت fungebatur, regnante Sultāno Solaimāno I (a. H. 926—974). Hoc opus, in *introductionem* et 12 *capita* divisum, item exstat in Codd. Bodl. (Uri) Turc. n. 52(1) et Acad. Or. Vind. n. 350; conf. Petrop. n. 547(1), Upsal. n. 330(1) et Lips. n. 10(5), qui alia similia opuscula Auctoris nostri offerunt.

N. CCX.

(Ex Willm. Cat. n. 46, p. 10. Numerus hic et sequens (ex Willm. Cat. n. 45) unâ procurati sunt per Abbatem Ghesquièr*eum* (2), qui de utriusque historiâ tradit: » *il est trouvé dans la cassette d'un des grands Vizirs.*")

Codex in 8° maj., 48 paginarum, charact. نسخى nitidissime scriptus et bene compactus. Librarius nullam adjecit notam. Continet: 1°. (p. 1—34) calendarium ad annos H. 1061 sqq., statim incipiens a tabulâ, quae exhibet غرّه عربيّه‌نك نجوميسين وشرعيسين; 2°. (p. 35—46) روزنامهٔ نو, ut titulus in Codice traditur, sive روزنامهٔ استخراج شمسيّه, quemadmodum aliud exemplar, in Cod. Lugd.-Bat. 1259(7)

(1) Sic titulus traditur in nostri Codicis praefatione; alibi aliter, cf. v. c. Krafft ad Cod. Acad. Or. Vind. n. 350 (*Cat.*, p. 140).

(2) De hoc viro docto, a° 1802 aut 1804 mortuo, v. *Nouvelle Biographie générale*, publiée par M. M. Firmin Didot Frères, et *Encyklopädie* von Ersch und Gruber in v.

s. fol. 63—80 obvium, inscribitur. Hic libellus, in gratiam navigatorum compositus, tabulis menstruis singulos anni dies recenset, quibus tuto iter suscipiatur aut tempestas vitanda sit. Auctor e multis aliis libris, in praefatione enumeratis, opus suum concinnavit, ex. gr. e كتاب محمدية auctore محمد افندى, انوار العاشقين auctore احمد بيجان (v. Ḫāgī-Ċal. V, p. 645 sub مغارب الزمان) cet.; 3°. (p. 47 et 48) epistolam Morādi I (regn. a. H. 761—791) ineunte mense Šawwāle a. 780 ex urbe Brūsa scriptam ad Ḫāgīum (1) Ewrenus-Bei (اورنوس بك), ut huic praefecturam provinciae committeret. Eadem epistola videtur exstare in Cod. Dresd. n. 70 (fol. 45—48).

H. Mantici argumenti.

N. CCXI.

(Ex Willm. Cat. n. 45, p. 10. De ejus historiâ vide ad Num.um praeced. (ex Willm. Cat. n. 46).)

Codex in 8°, paginarum 66, charact. نسخى bene scriptus, additis vocalibus, et nitide compactus. E clausulâ, (p. 51) priori e duobus opusculis, quae Codex complectitur, subjunctâ, patet librarium بيرام الرومى mense Çafar a. H. 993 Codicem exarasse.

Continet 1°. (p. 1—51) رسالهٔ فال جعفر صادق رضه. Divinatio hîc locum habet ope *quatuor* litterarum: ا ب ج د. Hujus libelli pervulgati alia exemplaria reperiuntur in Codd. Lugd.-Bat. 1205(3), coll.

(1) Cf. von Hammer, *Gesch. d. Osm. R.*, I, S. 603 (ann. ad p. 206).

Oriental. I, p. 315, et 1259(2). — 2°. (p. 52—66) دائرۂ رجال الغيب et calendarium, 12 tabulis mensium constans.

I. Theologici argumenti.

α. Religio Moslimica.

N. CCXII.

(Ex Willm. Cat. n. 22, p. 7. Ab hoc emtus est e bibl. Walraveni, cujus vide Catal. p. 58, n. 33. — Ut nota in involucro docet, oriundus est hic liber *ex auctione Cl. Bernardi, Prof. Acad. Lugd.-Bat.* (1).)

Codex in 4°, 59 paginarum, charact. نسخى perspicue scriptus, additis ubique vocalibus, et involucro chartaceo tectus. Anni notâ caret. Exhibet Commentarium ad Sūra*m* 36am (سورۂ يس). Auctor, qui nusquam commemoratur, in praefatione (p. 1—3) traditionem Arabicam Turcice vertens, quaedam tradit de praestantiâ hujus Sūr*ae*, et de commodis, quae assidua ejus lectio praebet; mox (p. 3—4) ejus versus, vocabula et litteras enumerat et de opportunitate disserit, quâ ea Mohammedi erat revelata. A pag. 5 usque ad finem sequitur ipse Commentarius. — Codex sic incipit: الحمد لله الذى انزل على عبده الكتاب الكريم الحكيم، وشرفه باعطاء الرسالة والفضل العظيم،

(1) Est J. Bernard, Philos. Prof., qui a⁰ 1718 obiit. Vid. M. Siegenbeek, *Gesch. der Leids. Hoogeschool*, II, T. en Bijl., p. 171 sq.

N. CCXIII.

(Ex Willm. Cat. n. 27, p. 7. Ab hoc emtus est e bibl. Bruin*ii* (continebatur nempe eo fasciculo, qui signatus erat 81*), qui eum sibi comparaverat e bibl. Willemsen*i*, cujus vide Catal. p. 167, n. 1774.)

Codex in 8⁰ min., 118 paginarum, in chartâ gossyp. scriptus charact. نسخی, manu perspicuâ, additis vocalibus. Nitide compactus est ligaturâ recenti. De anno et scribâ nihil constat. Continet, ut e titulo patet, كتاب بركلی, sive Catechismum Turcarum, a Mohammed ·ibn Pīr ʿAlī Birgelī (s. Birgewī), + 981, anno 970 compositum, v. H. C. III, p. 373. Libellus est notissimus et sub tit. رسالهٔ بركوی saepius jam editus, ex. g. in edit. a. H. 1261 (1845), p. ١—٧١ (1).

N. CCXIV.

(Ex Willm. Cat. n. 8, p. 6. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Codex in 4° min., 341 paginarum, charact. نسخی bene scriptus, additis vocalibus, et ligaturâ recenti compactus orientalem in modum. Ut e subscriptione

---

(1) Quod in Cat. Willmet*i* hic liber dicitur »ex Keschâf »translatus" inde derivandum, quod librarius post opus absolutum (in p. 118) phrasi: امنت بالله العلی العظیم وتوكلت علی الحیّ القیوم haec verba subscripsit: نقل من الكشاف. Manifestum autem est, haec scribae oblectamenta nequaquam ad opus nostrum pertinere.

1^mae partis (p. 282) apparet, librarius امیر بن محمد (1)
exeunte mense Ḋū'l-Qa:da a. H. 1002 eum absolvit.
Continet 1°. (p. 1—282) کتاب راحت القلوب, *li-*
brum quietis animorum, incerto Auctore. Hoc
opus, consilio, jam in titulo indicato, scriptum,
divisum est in *duas* partes. Pars *prior* (p. 1—175),
quae dogmata religionis fundamentalia tractat (اصول
کلامدر), complectitur capita 4 seqq.: 1um (p. 6—19)
الله تعالینک برلکن بلمکده در, 2um (p. 19—46) الله
تعالینک صفاتن بلمکده در, 3um (p. 46—129) رسول اللهک
نبوّتن بلمکده در et 4um (p. 129—175) الله تعالینک
قرآنده حکمین وخبرن ورسول اللهک آخرته متعلّق
خبرلرین بلمکده در. Pars *posterior* (p. 175—282),
quae علم مشایخده در, complectitur 8 capita, quo-
rum hae sunt inscriptiones: 1um (p. 175—191) توبه
ایلمکده در, 2um (p. 191—205) علم اوکرنمکده در,
3um (p. 205—231) عملک موانعن بلمکده در, 4um (p.
231–238) عملک عوارضین بلمکده در, 5um (p. 238–248)
عملک آفتلرن بلمکده در, 6um (p. 248—265) عملک
بواعثن بلمکده در, 7um (p. 265—272) شیخ دتنمقده در,
8um (p. 272—282) مشایخ طونن کیکده در. —
2°. (p. 282—329) tractatum, qui inscribitur کتاب
وصیّت نامه رسول الله, qui vero in subscriptione vo-
catur نصیحت نامه (2). Ejus argumentum statim
in initio his traditur verbis: اما بعد بلکه بو رساله

(1) Libri auctor non est, ut ex Willm. Cat.° l. l. efficias.
(2) Sub diversis formis hic tractatus in multis Codd. exstat. Vid. ex. gr. Cod. Dresd. 21(2) et 264(10), Lips. 218(3), Acad. Or. Vind. 172 et Upsal. 127.

حضرت رسوله شيطان لعين حق تعالينك امريله كلب نصيحت اتدكن بيان ادر. — 3°. (p. 329—341) brevissimas precum formulas Arabicas, cum praemonito Turcico de earum virtute atque vi.

N. CCXV.

(Ex Willm. Cat. n. 178, p. 27. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultens*ii*, cujus vide Catal. p. 601, n. 3825.)

Codex in 4°, 370 (1) paginarum, charact. نسخى manu perspicuâ, sed incomtâ, exaratus, additis vocalibus, et ligaturâ recenti compactus orientalem in modum. E subscriptione 1^mi^ operis, p. 266 obviâ, patet, librarium الياس بن حسين die 10° mensis Ģomādāe posterioris a. H. 1017 hoc absolvisse in urbe Algeriâ (فى دار الجهاد محروسه جزائر). Continet 1°. (p. 1—266) كتاب دقائق الاخبار فى الحديث i. e., ut Fleischer*us* (*Cat. Lips.* p. 552) tradit, كتاب احوال القيامة turcice redditum. Capita, quae magno numero hic liber complectitur, maximam partem enumerata sunt in Cat. Havn. III, p. 62; ultimum, ibi memoratum, (باب فى ذكر النار) in Cod. nostro exstat p. 196. Sequuntur p. 208 باب فى ذكر --- جهنم, p. 213 الزبانية ---, p. 215 النار --- الوان عذاب p. 222, وطعا (l. وطعام) وشرابهم --- ابواب الجنان p. 244, اهل النار على قدر اعمالهم, p. 255 الحور --- et p. 260 اهل الجنة ---. Alia hujus operis exemplaria exhibent Codd. Lips. n. 351

---

(1) Pagg. enim 7 priores quaedam continent, ab ipso opere aliena.

et Havn. n. 1, 6) (*Cat.* l. l.), qui mutilus est. — 2°. (p. 267—340), sine inscriptione, expositionem de precibus praesertim earumque vi. — 3°. (p. 341—359) dicta Prophetae, quadraginta numero et quod excedit. Statim post bismillam sic incipiunt: قال النبى عم اربعة جواهر فى ادم الخ; in p. 359 abrupte desinunt. Similis collectio exstat in Cod. Lugd.-Bat. 1556(3), qui incipit ab eâdem traditione. Haec Codicis pars tantummodo Arabice scripta est. — Denique 4°. (p. 360—370) quaedam de precibus ex traditione.

N. CCXVI.

(Ex Willm. Cat. n. 42, p. 9. Ab hoc a. 1821 emtus est a viduâ defuncti V. D. M. Timmermans Hubert.)

Codex in 4°, 514 paginarum, charact. نسخى manu perspicuâ scriptus, additis fere ubique vocalibus, et orientali more bene compactus. E subscriptione apparet, exeunte mense Ša'bāne anni Ḥ. 1062 eum fuisse absolutum a librario, qui Adrianopoli natus erat. Titulus et nomen Auctoris in Codice non memorantur. Statim post bismillam sic incipit: باب فضل العلم قال النبى صلعم طلب العلم فريضة على كل مسلم ومسلمة، معنسى بو در كم پيغمبر حضرت عم بيورر كيم علم طلب ايلمك فريضدر الخ. Caput hocce, in quo *de scientiae praestantiâ* ex traditione (1) praesertim agitur,

1) Per نقلدر plurimorum virorum celeberrimorum dicta aut historiae per totum caput referuntur.

pertinet ad p. 222 ; hoc excipit باب فضل العلماء والفقهاء usque ad p. 227, hoc باب زهد العلماء وبعدهم عن السلطان وصيلته usque ad p. 234, hoc denique باب من علّم ولده القران والعلم usque ad p. 262. Sequuntur duo loci laudati e مسند البخارى et احياء علوم الدين لامام الغزّالى. — Inde a p. 263 med. sine ullâ inscriptione incipit novum opus, quod video esse كتاب دقائق الاخبار فى الحديث, v. Num. praec. CCXV (ex Willm. Cat. n. 178) sub n. 1°. Percurrit in Codice nostro inde ab init. usque ad finem Cap.is فى ذكر كرامًا كاتبين (1) et continet quae in altero illo Codice leguntur a p. 1—100. Tandem a p. 308, ubi opus illud desinit, (sed tam occulte ut vix animadvertas ad alia esse transitum), usque ad Codicis finem dicta nonnulla Prophetae adducuntur.

N. CCXVII.

(Ex Willm. Cat. n. 211, p. 31. Ab hoc emtus est e bibl. Bruinii (n. 81), qui eum sibi comparaverat e bibl. Willemseni, cujus vide Catal. p. 167, n. 1838. — Fuit antea Adr. Relandi, qui illum acquisivit Hagae Comitum a. 1700.)

Codex in 4°, foliorum 142, charact. نسخى perspicue scriptus, additis vocalibus, et ligaturâ recenti compactus orientalem in modum. Anni notâ scribaeque nomine caret. Hic Codex, cujus initium et finis desiderantur, plura opera continet, omnia theologica. *Primum*, fol. 1—88 v., in octo consessus (مجلس) divisum est, quorum hîc adsunt 2us (fol.

(1) Vid. Sūr. 82, vs. 11.

17 r. — 34 v.), qui توبه فضلتن بيان ادر, 3us (fol. 34 v. — 40 r.) قضا وقدر سوزلرين بيان ادر, 4us (fol. 40 r. — 44 v.) رجب آينك مزدن بيان ادر, 5us (fol. 44 v. — 50 r.) شعبان آينوك مزدن بيان ايدر, 6us (fol. 50 r. — 59 r.) رمضان آينوك ثوابن بيان ادر, 7us (fol. 59 r. — 67 r.) قدر كيجسنك فضيلتين بيان ايدر et 8us (fol. 67 r. — 88 v.) فطره صدقهسن بيان ادر ودخى بيرام نمازن قلمق مزدن بيان ادر. Pauca igitur huic operi, de cujus titulo et Auctore nihil inveni, in Codice nostro desunt. — A fol. 88 v. — 92 r. sequitur *secundum* opus, historiam 'Idrîsi prophetae exhibens. Statim post opus 1um absolutum incipit ab his verbis: اندن صكرهسى ادريس پيغامبر عليه السلام قصهسن بيان ادر. — Opus secundum inde a fol. 92 v. — 100 v. *tertium* excipit, historiam prophetae Girgîsi complectens et similiter incipiens: بوندن صكره جرجيس پيغامبر عليه السلام قصهسن بيان ادر. — *Quartum*, fol. 101 r. — 124 v., continet, ut e titulo patet, حكايات من عجائب المخلوقات, sive narrationes e libro عجائب المخلوقات petitas. — *Quintum*, fol. 124 v. — 141 r., لطائف nonnullas, e libro سبعيّات desumtas. — *Sextum*, s. ultimum, fol. 141 r. — 142 v., jam in ipso initio abrupte desinens, de iis agit, quae traditio in historiâ Salomonis de cantu avium refert.

N. CCXVIII.

(Ex Willm. Cat. n. 212, p. 31. Ab hoc emtus est e bibl. Walraveni, cujus vide Catal. p. 58, n. 32.)

Codex in 4⁰, 121 paginarum, charact. نسخى bene scriptus et ligaturâ recenti compactus orientalem in modum. Librarius nullam adjecit notam, ex quâ aut ipsius nomen aut Codicis aetas cognosceretur. Neque titulum, neque Auctorem libri ullibi memoratum vidi. Post bismillam incipit a Qorāni Sūrâ 1ª et quatuor versibus prioribus 2ᵃᵉ, post quae statim sequuntur verba: حامل الرقيم متوكّلا على الله الملك المعين الخ. Auctor, vir qui, ex intimo pectore Islāmo addictus, nihil tanti faciebat quam Deum religiosissime colere, in hoc libro viam monstrat quâ cultus ille rite exerceatur et hunc in finem inter alia de decem fundamentis exponit, quibus vera religio superstructa sit; sunt: توبه, زهد, مراقبه, صبر, توجّه, ذكر, عزلت, قناعت, توكّل et رضا. Opus versibus scatet.

N. CCXIX.

(Ex Willm. Cat. n. 38, p. 9. Ab hoc emtus est e bibl. Walraveni, cujus vide Cat. p. 59, n. 45. — In initio Codicis haec verba leguntur: *A.* 1680 *emptus Leydae 8 Aprilis.*)

Codex in formâ minimâ, 257 paginarum, charact. نسخى negligentius sed satis perspicue scriptus, passim additis vocalibus, et ligaturâ pergamenâ bene compactus. De Codicis aetate et scribâ nihil traditur. Est unus e multis illis libris, qui precationes Arabicas continent cum institutione Turcicâ de earum origine sive vi. Incipit pag. 1 a دعاى مهر سليمان, sequitur p. 21 دعاى نور, tum p. 77 praecepta ma-

gica, p. 104—135 دعاء عكّاشة , دعاء البحر , دعاء حزب ;
دعاء et دعاء قبر , دعاء ايمان المبارك , دعاء جميل
كفن , quae sex preces omnes institutione tamen Turcicâ carent et postea Codici aliunde insertae sunt, deinde p. 103, 136—179 دعاى عهدنامه, p. 179—204 شرح اسماء الحسنى, p. 204 praecepta magica, p. 208 دعاء عرش عظيم, p. 228 دعاء ايمان, p. 235 دعاء فضائل, quas preces denique inde a p. 244 usque ad finem denuo praecepta magica excipiunt. Nota res est, quantopere hujusmodi praecepta cum precationibus cohaereant.

N. CCXX.

(Ex Willm. Cat. n. 34, p. 8. Ab hoc emtus est e bibl. Bruinii, in cujus Catal. eodem fasciculo continetur ac n. 27, 28, 33, 36 et 87. Nisi fallor, est idem liber qui in Catal. Willemseni notatur n. 1775, p. 167.)

Codex in 8⁰ min., 124 paginarum, charact. نسخى satis perspicue scriptus in chartâ gossypinâ et ligaturâ recenti bene compactus orientalem in modum. Multas maculas ex aquâ contraxit et in universum minus bene conservatus est. De aetate et scribâ nihil relatum est. Est liber similis atque praecedens. Praecedit tractatus Turcicus, sine inscriptione et nomine auctoris, de ratione quâ diversae preces peragendae sint. Sic incipit: الحمد لله الذى جعل الصلوة عماد الدين وبضاعة اهل اليقين انخ. Paginas tantum complet 16. Post hunc tractatum (in pag. 21 et sqq.) ad finem usque Codicis sequuntur preces Arabicae, quibus praemittitur institutio Turcica, nempe: دعاء اسم اعظم , دعاء صلوات , دعاء قدح, دعاء, دعاء تاج نامه , دعاء خضر الياس , دعاء نور

دعاء هلاک et دعاء مصطفى , دعاء شريف , حروف دشمان. Magica neque in hoc Codice desiderantur.

β. Religio Christiana.

N. CCXXI.

(Ex Willm. Cat. n. 1, p. 5. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Codex in 4°, 453 paginarum, charact. نسخی nitide et perspicue scriptus, additis vocalibus, et ligaturâ recenti compactus orientalem in modum. Anni notâ caret. Continet *versionem Turcicam quatuor Euangeliorum*, quae ubi et a quonam facta sit, non memoratur. Non tamen dubito, quin in ipso Oriente conscripta sit a Christiano quodam, ut Codex ipse arguit et inscriptio docet, singulis Euangeliis praemissa: پدر واوغل وروح القدس ادیله بر تنکری در. Differt haec versio tum a versione, quae Oxoniae a. 1666 prodiit, tum ab aliâ, quae Parisiis edita est.

VI. Libri partim Arabice, partim Persice, partim Turcice scripti.

A. Lexicologici argumenti.

N. CCXXII.

(Ex Willm. Cat. n. 204, p. 30. Incertum, quomodo ad hunc venerit.)

Fasciculus in 4°, vix dignus, qui pluribus verbis describatur quam »*Variae schedulae Arab. et* »*Turc.*" quibus in Willm. Cat.° de hoc Num. mentio fit. Continet enim multas chartulas fere ad

unam omnes manu Woltersdorffii scriptas, quae huic inserviisse mihi videntur in linguis Arabicâ et Turcicâ addiscendis. Maximam partem spectant Lexicologiam.

B. Argumenti ad religionem Moslimicam pertinentis.

N. CCXXIII.

(Ex Willm. Cat. n. 35, p. 8. Ab hoc emtus est e bibl. Bruinii, in cujus Catal. est n. 82; fortasse est idem liber qui in Catal. Willemseni notatur n. 1772, p. 167.)

Codex in 8° min., 67 paginarum, diversis manibus, sed maximam partem eleganter scriptus et ligaturâ Europaeâ, corio Maroccano constanti, nitidissime compactus. Continet 1°. a p. 1—6 دائرۀ رجال غيب et دعاء رجال غيب, mox دعاء حجاب القوّة, فى يمكدن صكره اوقنجق دعا, فى مقابلة اعدا دائرۀ نجم سكس et معرفة نجم السّكس, et denique 3 versus Avicennae ((sic) ابو على سينا), mundi plagam indicantes, quae quovis hebdomadis die vitanda sit. Haec omnia praeter preces, quae Arabice leguntur, turcice scripta sunt. — 2°. Inde a p. 10—35 reperiuntur preces, Arab., quibus initium deëst. Sunt fere non nisi obtestationes Dei per ejus attributa et facta. — 3°. Sequuntur p. 36—52 چهل حديث, s. 40 *traditiones* Prophetae cum paraphrasi, versibus Persicis constanti, Ǧāmīi, qui a° 886 hoc opus absolvit. Cf. Ḥāgī-Ćal. IV, p. 31. Alia hujus libelli exemplaria exstant e. gr. in Bibl. Bodl. (Uri) 336 (p. 94), 26(3) (p. 274), (Nic.) 100(2) et Petrop. 436 et 437, coll. 422(24). — 4°. p. 55—67 Calendarium Turcicum a. H. 1054.

VII. Libri Sinici. (1)

A. Libri impressi.

N. CCXXIV.

(Ex Willm. Cat. n. 226, p. 34. Ab hoc a° 1802 Hagae Comitum emtus est e bibl. B. de Moor van Immerzeel.)

Continet hic Num. opera 2:

Prius c. t. 學 海 羣 玉, *hiŏ-hài k'iûn yŏ*, sive res pretiosae apte collocatae, quae sunt in oceano doctrinarum. Opus est encyclopaedicum, auctore 武 緯 子, *Wù wei tsè*, 1573. Liber hic voluminibus constat 40, quorum 31 tantum (in 6 involl.) integra hîc adsunt. Desiderantur enim vol. 10—14 et 37—40. Singula folia, ut in huiusmodi libris fieri solet, lineâ transversâ divisa sunt in duas partes, quibus nomen est contignationis superioris et inferioris (*schàng ts'êng* et *hià ts'êng*).

Volumen 1um agit de astronomiâ (天 文, *t'iên wên*), de coelis et omnibus quae in his apparent.

Volumen 2, inscriptum 地 輿, *ti yû* (currus terrae), descriptionem orbis Sinensis historicam, geographicam ac politicam exhibet.

Vol. 3, inscriptum 人 紀, *jîn kì*, i. e. annales hominum, divisum est in duas partes, quarum

---

(1) Horum descriptionem debeo Viro Clar.° J. Hoffmann.

prior successionem tradit principum et imperatorum inde a *P'anku*, quem rerum auctorem, hominumque primum fingunt, usque ad annum *Wan lĭ* dictum (1573). In alterâ parte notati sunt clarissimi regum ministri, ut cognosci queat, qui et quo ordine successerint.

Vol. 4, inscriptum 時 令, *schî ling*, de officiis agit certis quibusdam temporibus accommodandis.

Vol. 5 inscr. 婚 禮, *hoēn li*, sive ritus nuptiarum.

Vol. 6 inscr. 喪 祭, *sâng tsí*, de exsequiis parentibus ac cognatis agendis et de officiis erga defunctos.

Vol. 7 inscr. 官 品, *kuân pìn*, i. e. praefectorum ordines.

Vol. 8 inscr. 律 法, *liŭ fă*, i. e. regulae. Est codex legum imperii Sinensis et index poenarum.

Vol. 9. inscr. 壯 式, *tschoáng-schĭ*, i. e. actionum apud judicem exempla.

In volumine 15 et 16 traduntur praecepta et exempla artis scriptoriae, latrunculorum lusus aliusque huic similis.

In vol. 17, 畫 譜, *hoá pù* inscripto, de arte delineandi et pingendi disputatum est.

Vol. 18 agit de armis tractandis et de disciplinâ militari.

Vol. 19, 涓 吉, *kiuēn kĭ*, sive de eligendis

diebus faustis inscriptum, explicat ea, quae spectant ad divinationem, astrologiam ac chiromantiam.

Vol. 20, 農 桑, *nong sang*, de culturâ agrorum et bombycum.

Vol. 21, 22, 23. De vaticinatione, interpretatione somniorum et astrologiâ.

Vol. 24 artem physiognomicam (相 法, *siang-fă*) explicat et figuris illustrat.

Vol. 25 ad artem medicam et therapiam spectat.

Vol. 26 agit de arte obstetriciâ (保 嬰, *paò yîng*).

Vol. 27, 脩 直, *sieû tschĭ*, de instituendâ juventutis vitâ moribusque formandis.

Vol. 28. De curâ valetudinis.

In ceteris voluminibus de primis litterarum notitiis, quibus pueros imbui oportet, de ethicâ, arithmeticâ, versuum scribendorum ratione, lepide dictis et arte magicâ exposuit scriptor.

Alterum c. t. 地 理 圖, *ti-lì-t'û*, geologia figuris illustrata, quod scripsit 卜 則 巍, *Pŏ tsĕ wei* et recensuit vir doctus 徐, *Siû*, 1615, 35 voll. (in 12 involl.). — Quae de montibus eorumque figuris fatue excogitavit scriptor, nihil pertinent ad nostratium geologiae scientiam.

N. CCXXV.

(Ex Willm. Cat. n. 230, p. 34. Ab hoc a° 1806 Hagae Comitum emtus est ex auctione librorum apud Bakhuysen, ubi erat n. 484 in 4°.)

Continentur hoc num.° 6 libelli :

1us: 歷朝綱鑑全史, *lĭ-ţschao kâng-kién tsiuên schì*, annales imperii Sinensis, quos edidit: 湯睡菴先生, *T'âng schui-ngân siēn sēng*, disciplinae magister. Adsunt hîc 3 tantum operis volumina (in uno involucro), volumen nempe 33, 34 et 35um.

Nonnulla quoque ejusdem operis volumina in Bibl. Lugd.-Bat. servantur, volumen nempe 36um, 39, 43, 44 et 45um.

Libelli 4 sequentes ad propagandam fidem Christianam a missionariis editi sunt:

2us: 初會問答, *ts'ū hoei wén tă*, i. e. quaestiones et responsiones ad erudiendos catechumenos. 1 vol., foliorum 37, in 8°, quod a° 1740 edidit *Schĭtolŏ Tschinto*, collegii St. Francisci prior, qui libri praefationem scripsit. Communi consilio in hanc formam librum redegerunt societatis ejusdem Patres *Ling Yang-mĕ* atque *Li Ngnai-ting*. Opusculi hujus, quod charactere quodam pulcherrimo impressum est, nonnulla exempla jam a° 1742 ad Bibl. Reg. Lutet. Par. allata sunt.

3us: 天主聖教要理問答, *t'iēn-tschù sching-kiáo-yaò-lì wén-tă*, catechismus, in

quo initia doctrinae Christianae per quaestiones et responsiones illustrantur. 1 vol., foliorum 12, in 8^0, nitidissime impressum. Accedunt preces nonnullae, oratio dominica, confessio fidei, decem praecepta cet.

4^{us}: 要 經 畧 解, *yáo kîng liŏ-kiai*, catechismi explicatio brevis. 1 vol., foliorum 22, in 8°, quod edidit P. Thomas, collegii soc. J. praeceptor. Opusculum in urbe *Tschao king fu* regionis Canton tabulis ligneis incisum a^0 1704.

5^{us}: 聖 若 瑟 大 主 保 經, *sching I'ŏsĕ tá tschù-paò kîng*, i. e. panegyricus St. Josephi patroni magni. Opusculum 15 foliorum, in 8°, a. 1659.

6^{us}: Liber Japonicus inscriptus 艷ヱンン語ゴ秘ヒ決ケツ *yen-go fi kets*, sive de arte amandi. Constat voll. 3 in 8^0, quorum secundum tantum hîc adest, quod tres narrationes amatorias continet.

B. Libri manuscripti.

N. CCXXVI.

(Ex Willm. Cat. n. 224, p. 33. Ab hoc a^0 1802 Hagae Comitum emtus est e bibl. B. de Moor van Immerzeel.)

Lexicon Belgico-Sinicum Ms., foliorum circiter 133 in folio, nec titulo nec auctoris nomine ornatum.

Nihil de hoc libro innotuit praeter ea, quae Willmet*us* de eo notavit: »Nederduitsch en Chi»neesch woordenboek in groot formaat, met 9 ko-

» lommen op elke bladzijde, waarin bij elk der Chi-
» nesche teekenen, de uitspraak en vertaling door
» een Hollander, wiens naam niet gemeld wordt, is
» bijgevoegd."

Habitâ ratione indolis libri, nobis persuasum est, illum conscriptum esse prioribus Europaeorum cum Sinis commercii temporibus, seculo 17mo. Vocabulorum enim Belgicorum orthographia ea est, quae in libris seculi illius in usu fuit: versionis etiam Sinicae ratio indicio esse potest, auctorem ejusmodi praesidiis esse usum, quibus missionarii, aditu ad litteras Sinicas vix parato, muniti fuerint.

Vocabula Belgica Auctor primum secundum litterarum ordinem inseruit, *characteres* deinde Sinicos manu Sinensi adjiciendos curavit, qui characteres, nonnunquam per compendia scripti, licet penicillo obtuso delineati esse videantur, veram scripturae Sinensis vulgaris speciem prae se ferunt. Pronuntiationem denique vocabulorum Sinicorum peculiarem addidit Auctor Belgicus, qui scripturam Sinicam perceptam se habuisse et mendis sublatis et novis vocabulis calamo suo adjectis probavit. Magnum suo tempore fuit pretium hujus libri manuscripti, cui nunc etiam honos durat, ubi de historiâ studii litterarum Sin. in Europâ agitur.

Sequuntur nonnulla vocabula, ut casus ea obtulit, excerpta:

Cracht, gewelt	力, *lyé.*
Cranck maken, crencken	能, *neng-* 虛, *chūu.*
Creupel dien een liedtmaedt ontbreect	枴, *köay-* 脚, *këo-* 的, *ti.*

Crijch, oorloch 戰。, *tsjéen*.

Cruijs oft lijden { 血 | 戰。, *ssjuĕi-tsjêen*. } { 十 | 字 | 架。, *ssjé-tsú-keá*. }

Cruijt dat wasct 草。, *tskaaù*.

N. CCXXVII.

(Ex Willm. Cat. n. 225, p. 34. Ab hoc a⁰ 1802 Hagae Comitum emtus est e bibl. B. de Moor van Immerzeel.)

Exemplum enchiridii, quocum nuntii doctrinae Christianae seculo 16 et 17mo gentem Sinarum adiere. Est unum vol., 106 paginarum, in folio, sine titulo. Liber scriptus est litteris Sinicis, quibus pronuntiatio accedit Lusitanorum more atque interpretatio Latina. Res, in hoc libro tractatas, propositis capitum titulis, indicasse sufficiat:

Formulae loquendi ad emendum et vendendum. — *Colloquium Confucii cum puero.* — *Confucii doctrina moralis* [Caput primum libri colloquiorum imperfectum]. — *Prologus in capita doctrinae Christianae.* — *Symbolum Apostolicum, praefatione praemissa.* — *Decalogus cum praefatione.* — *Oratio dominica cum praef.* — *Quaestiones discendae iis, qui S. Baptism. petunt.* — *Praecatio matutina et vespertina. Praec. ante et post prandium.* — *Cantilena pro operariis.* — *Praecatio pro morientibus.* — *Prae-*

cationes in morbo. — Quaerenda in ecclesia ab iis qui S. Bapt. petunt. — Compendium doctrinae Christianae.

N. CCXXVIII.

(Ex Willm. Cat. n. 229, p. 34. Ab hoc a⁰ 1806 Hagae Comitum emtus est ex auctione librorum apud Bakhuysen, ubi erat n. 483 in 4⁰.)

Lexicon Ms. Sinico-Hispanicum alphabetice secundum pronuntiationem ordinatum, paginarum 407 in 4°. Accedit *Index per claves*, paginarum 64.

Volumen incompactum, titulo foliisque prioribus privatum. A Patre *Appiano* in urbe Canton anno 1712 confectum esse Willmet*us* conjecit ex particulâ epistolae, Codici insertae. Exemplum esse censemus alicujus litterarum Sin. studiosi, qui multa ei adjecit. Characteribus Sinicis, magnâ sane cum diligentiâ a Sinâ quodam scriptis, pronuntiatio accedit Hispanorum more, nisi quod litterae *g* et *j* in initio verborum pro *ng* et *g* positae sunt, in fine autem *ng* pro *m*. Vocabulis Sinicis *compositis*, pronuntiatione significatis, characteres nulli additi sunt; ii autem, quos manu insertos Europaeâ videmus, synonymi tantum sunt e lexicis Sinicis deprompti. Ut vero hoc lexicon, quod *Appianium* dicunt, conferri possit cum *Vocabulario de Letra China por el Padre F. Francisco Diaz*, cujus *exempla manuscripta* in bibliothecis Parisiis et Berolini servantur, eadem vocabula, quae ex hoc attulit *Julius Klaproth* (1), ex illo protulisse sufficiat:

---

(1) Verzeichniss der Chinesischen und Mandshuischen Bücher und Handschriften der Königlichen Bibliothek zu Berlin, verfasst von Julius Klaproth. Herausgegeben auf Befehl Seiner Majestät des Königs von Preussen. Paris, 1822. 1 Vol. in fol. p. 190.

通, *t'ūng*, conuersar. ∧ *ky'*, participar, co'nicar, penetrarse.
siang ∧, idem ad invicem, passar penetrando sin dificuldad. çam⁰.
∧ *cung*, hablar comun, tratar in doct^a.
∧ *mîng*, ∧ *tă*, alcançarlo, sacarlo.
∧ *kouĕ*, tout le monde, dans le royaume.

鑑, *kién*, atender, mirar, evidentemente, historia, monarchia.

本, *puèn*, natiuo, natural, deuido. proprio, origen. num^al de tom. libros.
kēn ∧, originario.
∧ *fuén*, loque à cada uno pertence y es sa obligacion.
∧ *xīn*, la propria persona, ó miapersona.
∧ *çieū*, el caudal principal.
∧ *ssú*, habilidad na'al.
paó ∧, corresponder à lo que deue.
poey' ∧, no corresponder à lo que deue.

得, *tĕ*, poder fisico o moral, alcançar, obtener.
∧ *i*, conseguir su intento.
∧ *çuy'*, pecar.
∧ *jin gay'*, obtener la benevolencia de hombres.
seng ∧, fisionomia, semblante.

N. CCXXIX.

(Ex Willm. Cat. n. 223, p. 33. Ab hoc emtus est e bibl. Bruin*ii*, ubi cum aliis uno fasciculo, n. 81* signato, comprehendebatur. — Fuit antea H. Reland*i*, in cujus Cat. Librorum Mss. est n. 4 in fol., p. 1.)

Libellus, foliorum 4, inscriptus: »Pars operum »Confucii, sive sententiae ex operibus Confucii se-

»lectae, — chartâ et litteris Sinicis, — nonnullis sen»tentiis pronuntiationem litteris Latinis et versionem »Lat. addidit H. Relandus."

N. CCXXX.

(Ex Willm. Cat. n. 228, p. 34. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Hic num. continet:

1°. Epistolam Sinicam autographam, a filio regis regni *Annam* ad Batavorum Indiae Orientalis Praefectum missam, 8vo annorum 永 祚, *yong-tsó* (1670?) die 21° mensis 1mi.

Litterarum scriptor, cupidissime appetens Batavorum amicitiam, pactum commerciale inire gestit.

2°. Epistolam Belgicam originalem, cui adjunctae sunt tres aliae epistolae, quarum una versionem Sinicam probatam, duae reliquae pericula tantum hujus versionis exhibent. Haec epistola mense Majo a. 1670 a Ioanne Maatzuiker, qui tum Indiae Orientalis praefectus erat, regi *Annamensi* oblata est.

Epistolae scriptor, sibi regique gratulatus de concordiâ, quae inter ipsos existit, ex intimo animo optat, ut commercium ad utriusque terrae prosperitatem magis magisque floreat.

3°. Epistolam Sinicam autographam, a Praeside regionis Fokiën (sive Hokiën) Praetori navali Batavorum oblatam anno 1661, die 8vo mensis 12mi.

Praeses regionis queritur de injuriâ, incolis insularum *Ponghu* (Pescadores) a Batavis illatâ, et poscit ut captivi reddantur, quo facto pacem Sinenses inter et Batavos servatum iri pollicetur.

4°. Epistolam Sinicam a 李, *Li*, Praefecto regionis *Hokiën*, regi Belgico datam.

Oratione quam maxime floridâ scriptor nomine

ipsius principis observantiam suam significat regi Batavorum, nuntiat, se munera oblata ad aulam misisse et petit, ut legatus, qui ad Belgiam revertebatur (Mr. I. Titsingh?) regi honorato de hac observantiâ persuaderet. De rebus in hisce litteris nulla mentio fit. — Haec epistola videtur responsum ad epistolam sequentem.

N. CCXXXI.

(Ex Willm. Cat. n. 227, p. 34. Incertum, unde ad hunc venerit.)

»Origineele Nederduitsche en translaat Chineesche »Missive van Hunne Hoog Edelheeden, de Hoog Edele »Gestrenge Heeren Commissarissen Generaal over ge»heel Nederlandsch Indie en Cabo de Goede Hoop, »aan de *Tjon tock* van China." Batavia 26 Julij 1794.

Plura de hisce litteris reperiuntur in opere: Voyage de l'Ambassade de la Compagnie des Indes Orientales Hollandaises, vers l'empereur de la Chine, en 1794 et 1795, tiré du Journal d'André Everard van Braam Houckgeest, chef de la Direction de cette Compagnie et second dans l'Ambassade. Paris 1798. 2 voll. 8°. Vol. I, pag. 8:

»Ensuite le Mandarin *Houpou* demanda à voir la »dépêche addressée à Sa Majesté Impérial. Son ex»cellence (l'Ambassadeur Mr. *Isaak Titsingh*) lui »en présenta une copie que le Mandarin ne jugea »pas telle, qu'elle devait être et qu'il trouva d'un »exterieur beaucoup trop simple. Informé d'ailleurs »que l'original renfermait de plus une *traduction* »en Chinois, il desira qu'on lui en laissât décache»ter l'enveloppe, pour qu'il pût connaître le contenu »de la lettre et indiquer les changements qu'y étaient »necessaires." . . . . »Le *Houpou* ouvrit la lettre; »en examina la forme et en promit une autre tra»duction que cette qu'il lut." Verum neque haec

versio Sinica rata habebatur in aulà Pekingensi, sed poscebatur a legato Belgico versio Gallica, ut ope missionarii Gallici, tunc temporis in urbe Peking sedem habentis, argumentum epistolae Belgicae melius etiam intelligi posset (1). — Epistola Belgica cum versione Sinicâ, Bataviae factâ, nunc hîc servantur: prior est »*een vriendelijke brief*," posterior »*een* »*ootmoedig smeekschrift.*"

VIII. Libri Indici. (2)

N. CCXXXII.

(Ex Willm. Cat. n. 248, p. 37. Hic num. et 4 sequentes emti sunt conjunctim cum aliis e bibl. Bruinii.)

Codex in fol., 196 paginarum, qui continet *Kâwja Madhumâlati* s. carmina in honorem Madhumâlatiae, mulieris inter Deos receptae. Codex, in fine mutilus, scriptus est linguâ Bhâkhâ, litteris Kâjtinagaricis.

N. CCXXXIII.

(Ex Willm. Cat. n. 249, p. 37. De ejus historià vide ad num. praec.)

Codex in fol. min., 544 paginarum. Continet duo carmina, quorum prius *Lankâkânda*, posterius *Bâlakânda* inscriptum est. Utrumque e Ramajana versum est in linguam Bhâkham a Tulasidâsa. Litterae sunt Kâjtinagaricae.

---

(1) l. l. pag. 182.
(2) Horum descriptionem debeo Viro Clar.° A. Rutgers.

N. CCXXXIV—CCXXXVI.

(Ex Willm. Cat. n. 250—252, p. 37. De eorum historiâ vide ad num. CCXXXII.)

Tres Codices in fol. min., 370, 536 et 593 paginarum, qui omnes eadem carmina continent. Titulus operis est *Padmâwatipadjollikhâs* s. libri in honorem Padmâwatiae.

Codex 250 non est absolutus. Fortasse descriptus est ex Cod. 251, quocum accurate convenit inde a carminum initio pag. 5 usque ad ejus pag. 409, vs. 12.

Etiam Codex 251 non absolutus est, licet ejus pag. 401—447 ab aliâ manu sint additae. Desinit autem in Codicis 252 pag. 578, versu 6. Huic Codici addita sunt (a p. 447—536) carmina pessime scripta sub titulo *Padja Madowala* s. laus Madowali.

Codex 252 solus absolutus est. Praecedentes ex hoc Codice non esse descriptos, plurimae lectiones variae ostendunt. Uti illorum, ita hujus scriptura est Kâjtinagarica linguaque Bhâkha.

IX. Libri Malabarici.

N. CCXXXVII.

(Ex Willm. Cat. n. 243, p. 36. Ab hoc emtus est e bibl. Bruinii, ubi cum aliis numeris uno fasciculo continebatur.)

Codex in 4°, 15 paginarum, ligaturâ chartaceâ recenti compactus orientalem in modum. Scriptus est aº 1707 a nostrate quodam et continet schema conjugationis verbi Malabarici, tum activi, tum passivi, pro exemplo sumto verbo *docere*. Ad singulas hujus verbi formas, litteris Malabaricis scriptas, tam

pronuntiatio litteris Latinis quam versio Belgica additae sunt.

N. CCXXXVIII.

(Ex Willm. Cat. n. 246, p. 37. Ab hoc dono acceptus est a. 1821 a librario Groebe.)

Codex in 4°, 130 paginarum, in chartâ Europaeâ nitide et perspicue scriptus et non ligatus. Posterior libri pars bene conservata est, prior aquâ laesa. In fine desunt sex paginae, in quibus scripti erant ultimi versus Cap.is 27 et totum Caput 28. Continet Acta Apostolorum Malabarice, ut titulus docet praefixus ab ipso illo, qui librum scripsit: »*De Handelingen der Apostelen, in de Malabaar-* »*se taale overgeset in 't jaar* 1692, *welcke over-* »*settinge door d' Eerw. Adrianus de Mey zal.r*, »*in sijn leven Predikant en Rector van 't mala-* »*baarse Seminarium tot Jaffanap.*, *is naegesien,* »*al dat gedaene werck in den jaere* 1697 *op* »*nieuws naeuwkeuriger alhier is gerevideert*, »*alles door hulpe van twee inlantse geletterde* »*tolcken, onder de voorsorge en onder 't opsicht* »*en hulpe van Simon Cat, bedienaer des H.* »*Euangeliums tot Colombo op het eyland Cey-* »*lon.*"

X. Liber Singalicus (1).

N. CCXXXIX.

(Ex Willm. Cat. n. 242, p. 36. Ab hoc una cum n. CCXXXVII emtus est e bibl. Bruin*ii*, ubi cum aliis numeris uno fasciculo continebatur.)

Codex in 4°, 71 paginarum, nitidissime et admo-

---

(1) De hoc et 2 seqq. libris breves notitias debeo Viro

dum perspicue scriptus et involucro chartaceo tectus orientalem in modum. Continet catechismum Singalicum, qui per quaestiones et responsiones capita praecipua tractat doctrinae Christianae. Inscribitur characteribus Singalicis: »*Kristiyâni ädihilikawê* »*mûlâdârawû wagen surukkamawû ähimawalut* »*utrawalutya.*"

XI. Liber charactere Telugu scriptus.

N. CCXL.

(Ex Willm. Cat. n. 244, p. 36. Ab hoc dono acceptus est a. 1805 a Moderatoribus Societatis Indiae Orientalis.)

Codex in duobus foliis arboris, *lontarum* dicti, nitide exaratus. Continet, ut manus antiqua involucro inscripsit: »*Claghte van de Palicolse en* »*Conterase landbouwers*," quocum bene consentiunt quae Doct. Rost mihi communicavit de titulo, char. Telugu exarato: »Der Titel soll wahrscheinlich heissen 'arzdâsht (عرضداشت), das persische Wort für Bittschrift, welches auch im Telegu gäng und gäbe ist."

XII. Liber char. Malayâlim scriptus.

N. CCXLI.

(Ex Willm. Cat. n. 245, p. 36. Ab hoc dono acceptus est, sed incertum a quo.)

Codex in foliis *lontari*, itidem duobus tantum numero, bene exaratus. Chartula ei appensa est, in quâ, sigillo adjecto, haec verba reperiuntur:

Doct.⁰ R. Rost ex urbe Canterbury, quem amicus Doct. Land, facsimilibus e Codd. desumtis, in meam gratiam hac de re interrogavit.

» 1739, H. E. S. Bonsach, Secret." Scriptus est char. Malayâlim, ut Doct. Rost mihi significavit, qui autem ex particulâ Codicis ei delineatâ nihil de ejus argumento, nisi ipso Codice inspecto, proferre audet.

XIII. Libri Malaïci.

N. CCXLII.

(Ex Willm. Cat. n. 237, p. 35. Ab hoc emtus est una cum numeris 236, 238 et 239 (ex Willm. Cat.) e bibl. E Scheidii, in cujus Catal. hi omnes conjunctim memorantur sub n. 65, p. 98.)

